Sala V.T
Gab. 19
Est. 7
Tab. 1
N.º 1

V.54
das obr. 7
ao da Lin
1.ª ed das obr
do A. Sá de M
e Benega

AEGLOGAE ET SYL
VAE ET EPIGRAM
MATA HERMI
CL

BIBLIOTECA GERAL DA UNIVERSIDADE DE COIMBRA

ANTONIVS THEBALDEVS IN LAVDEM OPERIS.

Qui leget hunc/tres ille leget/leget ille Catullũ:
Sulmo tuum uatem / Mantua clara tuum.
Gloria ni traheret/titulũ Hermicus abdere libri
Debuerat/dempto nomine/priscus erit.

PETRVS ANTONIVS AZIAROLus AD LIBRVM IPSVM:

Capsas desere iam tenebricosas /
Et locos age linque araneosos/
Exi / ita imperat Hermicus Poeta:
Lusitania quo supærbit uno/
Nam cur sensiculis scatens disertis/
Non uises alios liber libellos?
Exi/te sosiæ uocant / manentq;/
Nec non laurigeri cient poetæ/
Illis uersiculos dabis nitentes/
Illis innumeram stipem merebis.
Capsas desere iam tenebricosas.

LODOVICVS Tessira Lusitanus Philippo Beroaldo Suo.S.

POemata Lusitani nři/quæ disiũcta alias/ac diuulsa mẽbrati plæraq; pcurrim9/ea nup ĩ unũ ueluti corp9/redacta ab ipso/& cõposita opus cõflarũt purũ/spatiosum/uariũ/qd maturius iuẽti/atq; librãti singula & admirationẽ sũmã afferre possit/& delectationem/adeo ut uere mihi uidear dicturus disciplinas oẽs aiog; nrog; usibus/cælo demissas/poesim deliciis. Vtinã quæ ego de carminibus eius/ quæ de ingenio cõceperim uulgare possim citra assentatiõis suspitionẽ. Ostẽderẽ qppe/quãtope poeta noster nõ mõ iter Hispanos excellat: sed ẽt urgeat uestrates/ Dicerẽ antiqtatẽ ab eo aptissime ꝓuocatã/Inclyto Lusitaniæ Principi meo gratularer etiã/cuius impii felicitate: & ꝓuidẽtia nõ solũ nouus orbis/noua sidera refulgẽt/sed (ut fortũæ suæ dominũ penitus extitisse cõstaret) noui & ꝑstãtissimi uir ingenii iter tot miracula uisitẽ/ ne desit scilicet/q tã nup iuẽta diuinit9/q̃ quæ ĩ præsẽtia Rex Sãctissimus fortissime molitẽ/possit litteris mandare. Sed quoniã de clarog; hominũ laudib9 quãto serius iudiciũ/tãto uerius existimatur / simul ne ciuẽ meum uidear idulgẽtius extulisse / in te Beroalde doctissime hoc totũ reiicio/a quo utpote ciuitatis oraculo respõsa oẽs tã ligitime ferre possumus/q̃ tu dare. Vale Bononiæ KI.Febru.MD.I.

PHILIPPVS Beroaldus Lodouico Tessirae Equiti Lusitano Suo.S.

c ONSVLIS me per Epistolam luculēter scriptam qd de municipis tui ingenio poetico, qd de poematis sentiā: Accipe summatim. Est Hermicus Lusitan⁹ Icōdēdis poematis ingeniosus, elegās, florulētus, habet Venerē, habet salē. Sunt illi Verba latina, Sētētiae poeticae, Versus emūcti. Concludit ex Epigrammatistis: lege decēter, & salse. Ego quidem antiquos scriptores suspicio, nō tū, ut recētiores despiciā. Et me hercules, cū Hermici Versiculos bū tonatos, cū scripta tua doctrinā Graecā, Latināq; mire redolētia perlego, subit recordatio, Hispaniā saeculo Prisco maxios Philosophos, Facundissimos Oratores, Clarissimos Poetas pepisse, quae nostro quoq; aeuo, cū haud quaq̄ effoeta sit, pariat ingenia ingenuaq; antiū fecūda, nec ab illa auoq; beatitate uel tātillū degenerātia. In quibus tu Lodouice mi, cūprimis enitescis, unaq; tecū Hermicus: Cuius Musa plane musica est, cui q̄tum nouitas derogat auctoritatis, tantū elegātia cōciliat gratiae. Vale & nos dilige, quia te diligimus. Bononiae idibus Febr. M.D.I.

DIVO HEMANVELI REGI DOMINOQVE SVO HERMICVS CAIADVS.S.

f OLEO SAEPENVMERO SAPIentissime REX a nostros plerisq; uehemēter accusari, ea paruifecerim studia, ex quibus summos magistratus, & emolumētum uniq; maximū mortales adipiscuntur, ut totū me litteris politioribus addicerem. Quippe quae nos faciāt egere semper, cōtemptosq; sine honore uiuere, & Iuuenalē nobis obiectāt, qui poetas, miserias satis calamitose defleat, nō considerantes nō bonas artium studiosos illa satyra exagitari, sed potius tempotis illius principū auaritiam. Possent haec futilem quemuis & propositi minus tenacem quo uellent facile impellere, sed ego radices altius egi & nullis huiuscemodi uentillationibus moueor, quoq; aliquis instat acrius, eo cōsilium magis diutinū approbo. Nec enim ambitionis unquām aut spe quaestus ab ingenuis disciplinis diuertam. Nec idcirco mihi laboris mercedem arbitror defuturam, q, leguleius esse noluerim. Nam (ut Horatius inquit) Et gratia regū pieriis ten

tata modis: Quo fit: ut in dies magis animus ad incep
ta studia flagret/gliscatq: postq̃ ad regiũ fastigiũ: ad
tãti impii apicem: ad tantæ maiestatis culmen: te prin
cipem christianissimũ euectũ intelleximus/quo nihil
potuit euenire gratius nobis/aut optabilius. Bene cũ
uiris litteratis actũ est: gaudent tãto patrocinio musæ:
tremit iã ꝓpemodũ/& uacillat barbaries ꝓpe diẽ tuo
nutu eliminãda: sũt ꝓtinus alba oia. Fœlix regio cui
a tali duce gubernari cõtigit: cui⁹ habenas tã magna/
nimus tractat auriga: cuius clauũ tam solers nauta re/
git. Fœlicissimi populi qui tyrãni sæua iuga: impoten
tiam: sæuitiã nõ perpetiũtur: sed ductorẽ sequũtur iu/
stum: inuictũ: nulliq; liberalitate secundum: qualẽ te
unice colimus: & reuerẽter obseruamus. Sed hæc ube
rius aliqñ nostra opa inotescẽt: si eum te mihi ꝑbebis:
quẽ te humãitas tua maxime singularis pollicet. Nã
quãtũ tibi iucũditatis afferãt bonæ litteræ: nemo est q
ignoret: usq; adeo: ut nostris his studiis nihil ñ horas
libẽtissime qñq; impẽdas. Quocirca celsitudini tuæ
primordia hæc/& uigilantiæ nostræ præludia quædã
supplices dicamus/rogamusq; itidem ad humũ pro/
ni ad pedes tuos flex: ut in his legẽdis Regem exuas
grãmaticum induas: quod maiestatem tuam non mo
do non dedecebit/sed omnibus tuis commilitonibus/
conuictoribusq; (Sic enim tuos appellare tua me be/

nignitas adhortatur) ingenti eris ad rerum cognitio
nem incitamento: mihi uero ad maiora capessenda ui
res dabis: calcar adiicies. Vale Rex optime Bononiæ
xv. kalendas Iulias. M. cccc. lxxxxvi.

HERMICVS CAIADVS IACOBO SOVSAE DIVI IOANNIS SECVNDI LEGATO. S.

SECESSI PER DIES ALIQVOT
in solitudinẽ ab urbis florentiæ tumultu
semotus parũper non ut genior/sed ut lit
teris trãquillior aõ idulgerẽ. Mei hospi
tis amœnissimũ rusculũ petii: ubi lectionũ quotiens/
cũq; me capiebat sacietas aliqd ex imitatiõe conabar
scribere: uel epigrammata uel epistolas ad amicos: in
terdũ ad uicinos agricolas me cõferebam: Quos cũ
sæpenumero ob iminentia belli pericula quadã anxie
tate laborare coniicerẽ: ꝓtinaci diligentia animaduer/
tebam sermones/i quos cõgregati pleq; incidebant:
ut si quãdo opus esset/rusticæ orationis colores serua
re facile possem. hoc. n. saxũ iã diu uoluo. Quo factũ
est: ut pierius calor mẽti iciderit. Ex multis itaq; quæ

ab agricultoribus audiui: pauca bucolico carmine ni/
xus sum exequi. Multo nãq; maiori commiseratione
mouebitur animus: si pastoris insontis: q̃ si auidissimi
agricolæ calamitates: quas bellũ affert: tetellexerimus.
Pastor: innocentia digna est: quæ a nobis spetret in re
bus aduersis misericordiã: in secũdis uero cõgratula/
tionẽ. Hanc æglogã qualẽcũq; tibi dicauimus Iacobe
prudentissime: cuius ego præsidio meis studiis otium
spero: sed unũ abs te peto: quod sincere atq; ex aio dic
tũ putes: ne tibi quisq̃ persuadeat me arroganter iac/
tare pas: limatos uersus: aut gloriæ cupidũ Iucẽ ede
re: quod nonũ satius pmeretur in annũ. Nõ. n. opus
istud formis excudẽdũ tradimus: nõ uulgo legendũ:
sed tibi dũtaxat mei amãtissimo: cui nuda oia nostra
esse debent: & aperta. Idẽ Virgilius factitauit: qui uer
sus nondũ absolutos Augusto suo pronũciabat. Nũc
maior ridendi Placẽtino & Paquequo occasio datur:
dum his quæ obiici poterunt respondemus. Virgilio
nempe dixerint: Se comparat Hermicus noster: pro
ridiculum caput. Quapropter te mihi patronũ paro:
tu clientem tutare: Nã quo me cũq; uertã: nisi te præ/
bueris mediũ: saucius ibo. Vale Florẽtiæ quinto idus
Iulias. M.cccc.xxxxv.

HERMICI CAIADI LVSITANI AEGLOGA PRIMA. INTERLOCVTORES FAVSTVLVS, ET PHILEMON AMICI.

PASTORES MEA MVSA CANET: quos tristia belli
TEMPORA SOLICITANT diri: & iam classica terent.
Hac mihi da uiris Iacobe pare palestra
Et faciles aptaf pedes. certãdo uicissim
Pascua nunc pecudum calamo celebramus agresti:
Nunc nemor: saltus cupimus: syluasq; uirentes:
Faunor: q; domos gressu peragrare trementi.
Mox reges quæcunq; gerunt: dum uincula rupit
Immitis furor: & bellandi dira cupido:
Experiemur: eris magnum mihi numen: & alter
Mæcenas: clara quoq; natus origine regum.
Dum per prata hedi saliunt: dũ prata iuuenci
Tondent: dũq; olidæ montis præruptæ capellæ
Conscendunt tetro lædentes omnia morsu:
Sole sub ardenti concessit in antra philemon

Et pius/& iustus:prudentem fecerat ætas.
Illum mœonia dum faustulus urbe rediret:
Talibus alloquitur uicinus /pastor & idem.
Fau. Vltima nos miseros oderunt sæcla philemon:
Ducimus inuisi uitam diis omnibus.heu heu:
Q uæ spes iam superest:de nobis illicet actũ est.
Fœlices o sæpe quibus mors contigit:& q̃
Fœlices ?horum iam molliter ossa quiescunt:
In cineres olim uersi nil talia curant:
Hæc nobis instant immensa periculaiqui nunc
Viuimus:heu uiuis hæc tã mala multa parãtur.
Phi. Q uænã causa mali ?dii protinus omne periclũ
Auertant:melius sperandum est faustule:sodes
Dic age/nos dabimus aliquid fortasse salutis.
Arua doles nimiis si solibus usta: dolendum
Parcius:exiguo mutantur tempora gyro.
Post phaetontheos ignes incendia tanta
Q ualis siderius tum nostro restitit orbis ?
Ignis ubiq; fuit : uolitabat ubiq; faulla:
Et tandem diuum sunt omnia munere firma.
Sæcula quis pyrrhæ nescit contraria flammis?
Nereus & terras.& celsa cacumina montes
Inuasit iussu iouis omnipotentis:& imbres
Obscuras inter nubes magno impete quidquid
In terris fuerat:uastarunt scilicet omnes

Agros/& segetes fruges cum messibus omnes.
Hic armenta lupis commixta natare uideres :
Et quæ uix multis claudam miracula uerbis.
Mox noua concœpit tellus animalia : demum
Instaurata hominum generi sunt omnia:ceu si
Vsquam nil iræ:cladis:damniue fuisset.
Deniq; quid fuerit: quod te sic acriter urget
Dic/consolabor:pariterue dolebimus ambo.
Fau. Audierã nunquã:quæ narras mõstra philemon:
Audiuisse placet:dehinc plura audire liberet.
Ast hoc narrandi tibi non dabit otia tempus:
Infestant muros:tyrrenaq; mœnia galli:
Armoq; crepitus:strepitusq; horrorq; furentum
Ingruit:atq; urbis partes circunsonat omnes.
Arma uiri clamant:huc illuc arma feruntur.
Vmbrosæ nocti uix lux successerat alma:
Sparserat & gelido uix cœlum gramina rore/
Emissi pecus:& rupta modo fronte iuuencos:
Vt melius uaccæ repararent ubera matres/
(Gratior herba uiret multoq; humentior illic)
Ad ripas arni uaccas bis quinq; coegi.
Custodes quarum uxorem natumq; reliqui
Ex grege tris hedos lactentes:ubera multa/
Intibaq;:& fungos albos:cœpasq; rubentes:
Caseolosq; noui lactis: leporemq; fugacem.

Q uem mea deprendit latitantem tempre lucifer
Hiis humeris nostram portabam stultus in urbem.
Mercaturus eram falcem: mea perdita dudum est:
Et quos crediderat nummos mihi nuper amyntas:
Reddere mens fuerat: possem modo uendere nostra.
Frustra iter inceptum est: tulimus prædonibus illa:
Phi. Faustule quid dicis? prædonibus illa tulisti?
Fau. Q uoq; magis mecum doleas: prope mœnia raptor
Inuasit ferro accinctus: multumq; timendus:
Et si quid loquerer: mihi uulnera multa minatus.
Infœlix silui lachrymās: miserandus & hosti.
Sæuior ille lupis (nec.n. quid sæuius illis
Perpetimur) lachrymas nihil est miseratus: at atram
Flectere quo magis intendo precibusq; mouere
Exercet rabiem: rabie perdatur & ipse
Improbus: & rutilo magni iouis igne petatur.
Q uid multis moror? hinc ciues curuare querela
Et prætoris opem: iurisq; rogare salutem:
Ingredior miseram diffusus fletibus urbem:
Sed nihil est illic sancto quod uire regatur.
Omnia mars bello: & sæuis complectitur armis:
Et sunt qui credant perituram protinus urbem.
Passuramq; iugum fracta ceruice superbum.
Exitum si fata manent crudelia tantum:
Subdita fax igni pallatia cessa cremabit:

Squallebunt agri: falces uertentur in arma:
Ruris & innocui ferrum tunc cæde madebit.
Nos quoq; pastores ignes qui solis: & imbres:
Et uolucres patimur uitrea cum grandine uētos:
Arboris aut umbra contentis: aut pelle sub ulmo:
Nonnunq; insomnes: parci potusq; cibiq;
Præda erimus: duris pingues portabimus agnos
Hostibus: atq; ægris subtractos matribꝰ hedos:
Forsitam & charo perdemus cum grege uitam.
Phi. Desine flere precor: bone Faustule desine flere:
Hunc animo tantum patienti uince dolorem:
Hoc tibi postremum damnum confido futurū:
Nec mala quæ narras urbi uentura putamus:
Non ea medeam genuit: non atrea sæuum:
Prandia: nec miseri uidit crudelia fratris:
Coniugis infandæ cecidit nec fraude maritus:
Nec patris hic ultor: genitricē misit ad umbras.
Est urbs grata ioui: diuis gratissima & ipsis
Stelligerum tangunt ubi tēpla cacumine cœlū:
Relligiosa cohors uultus obducta pudentes:
Verbere ubi scapulas: pugnis ubi pectora cædit.
Hanc ne perire putant dignā qui talia norunt?
Ergo nihil timeas: succedent omnia uotis:
Et procul a muris cito bella uidebimus altis.
Nūc age: nox quoniā aduentat iā proxia terris:

Faustule uiſe pecus: creſcat tibi ſemper: ut hædi
(Cætera non tanti facias) geminentur adempti.

HER. CAIADVS ROderico Pinæ .S.

POST q̃ i Italiã ueni diuturnã ſitim ex-
pletur⁹: nihil ab ingẽio nro pfectũ ẽ: qd
tibi uiro litterarũ haud ignaro lectitan
dũ mitterem⁹. Nũc uero iam aliq̃ ex pte adeptus
uideor: qd & ingenũ ipſũ: & tẽporis ãguſtia uix af
ſeq magno ẽt labor pmiſerũt: i eo pſertĩ ſcribẽdi
genere: i quo cura ipẽſior fuit: & delectatio maior.
Faciam igit opæpretiũ: ſi ſtudiorũ noſtrorũ pri-
mos hauſtus delibandos tibi tradidero: ne beneſi
cio: quæ i me plurima cõtuliſti: aut immemor exi-
ſtimer: aut ingrat⁹: quoq: alterũ honeſtũ hõinẽ: al
terũ prudentẽ dedecet. Aeglogã itaq: ad te miti
mus de Luſitaniæ nræ fertilitate: de aduẽtu meo
i Italiã: deq: infortũio qd mihi aduerſa fortuna ob
iecit: dũ i piſciũ uiuario natarẽ: i q̃ obiter quoq:
Angelũ politianũ latinæ græcæq: facũdiæ lumẽ
nup extictũ ſua laude nõ defraudauim⁹. Cætera
tute meli⁹ pcipies: q̃ ego lõgiſſimis ãbagibo expri
merẽ. Excipe hoc munuſculũ: qd ſi uoluptatis a-
liqd tibi attuliſſe accipiã: cõabor i dies magis ma
ioribo luẽtis negotiorũ tibi tædiũ: facieratẽq: leua
re. Vale & regias mãus Hermici tui noſte deoſcu
late. Florẽtiæ nonis nouẽbris. M.cccc.xcv.

HERMICI CAIADI LVSITANI AE-
GLOGA SECVNDA INTERLOCV-
TORES SIMILVS ET BATTVS.

DVENA QVI NOSTRIS erra
bat nuper in aruis
Paſtor: ab occiduis oli q uenerat oris:
Externũ hic ſeruare gregẽ pſæpe ſolebat
Oceano notum: ripiſq: nitentibus auro.
Fiſtula ſẽp erat comes huic: ſeu paſceret agnos:
Saltantes ue hædos feſſæ circum ubera matris:
Seu ruos illo peterent ducente iuuenci:
Vndiq: cernere erat certatim currere nymphas:
Semicaproſq: citos pperare ad carmina faunos.
Quæ deſerta uides: dudum p luſtra uagamur:
Auditæ quondam muſæ dulcedine capti:
Nunc uero incertum nobis ubi batte moretur:
Aut quibus in ſyluis modulet arũdine carmen.
Hermicus hinc abiit paſtor mea ſola uoluptas:
Hermicus accendit ſuaui mea pectora cantu:
Hermicus in fletu cogit nunc ducere uitam
Perpetuo nunq̃ rediturus (ut arbitror) abſens.
Simile paſtoris noſtras peruenit ad aures
Fama tui: quis enim paſtorem neſcit iberum?
Delitias patriæ: ſocios: fratremq: reliquit:
Atq: ipſos quibus eſt imprimis charus: amicos:
Viſurus noſtros agros: & paſcua noſtra:

Q uanuis fertilior patria: & cum fœnore semper
Semina maiori reddantur iacta colonis:
Et quanuis pecoris maior sit copia: grexq;
Compleat extensos glomeratus i agmine cãpos.
Diues ab his heros rediit tirynthius oris
Tergeminum claua pastorem aggressus: & inde
Exitium caco tulit ignem ex ore uomenti.
Fabula nota satis romana colentibus arua.
Durior haud igitur rerum commouit egestas:
Nec dulcis patriæ decessit finibus exul:
Fesulea sed enim audierat sub rupe canentem
Pulitium terræ cultus / uitamq; beatam/
Illius extremum uoces perduxit ad axem
Nuntia præcipiti gestorum fama uolatu.

Si. Q uid mihi fortunam narras pastoris? & unde
Venerit italici cultus uisurus aratri?
Aduentus causam iam sæpe recensuit ipse:
Hanc ego sub fagi cantantem tegmine uidi/
Ex his quæ mira recinebat carmina uoce:
Auribus arrectis intentus pauca notaui.
Verba audire potes: numeros qs uerba sonabãt:
Non ego: non Pan ipse deus tibi dicere posset:
Tantus uocis honos: & gratia tanta canendi.

Batt. Q uæso morere nihil/ diuinaq; carmina saltem
(Si mihi fas audire) refer / quæ pauca notasti.

Si. Ausonii saturne soli memorande colonis
Contigit arua manu sacra bene culta uidere:
Expleui saturne sitim/ iam uictor adibo
(Vnde tuli gressus) annosis ardua syluis
Pascua uentus equas ubi cursu fulminis instar
Concitat: atq; uterum ueloci semine complet.
Cætera ceu nunquam nobis audita fuissent:
Q uæ claris adimunt lucem: quæ nubibus atris
Vndiq; caligant: obliuia mente fugarunt.

Batt. Crudeles parcæ/ sæuæq; potentia mortis/
Laurigeri phoebi nisi numina blanda fuissent/
Priuassent uita penitus / nigrisq; dedissent
Manibus antiloquum (pro dira pericula) uatẽ.
Tunc spes in patriam redeundi protinus omnis
Fallax (sed superi melius uoluere) perisset.
Tellurem medio iam sol lustrabat ab axe:
Aduersoq; umbras faciebat lumine paruas.
Dum pecori perdulce sitim cõpescere lymphis.
Frigida dumq; solent pastores antra subire:
Et placidæ multo defessa labore quieti
Tradere membra: graues & sic deponere curas.
Hermicus ecce uenit lentis & passibus altum
Ascendit montis cliuum: pecorumq; magistros
Q ui tunc forte aderant/ solito de more salutat.
Hinc se uicina ad quædam uiuaria confert/

Vt loca laudauit:nitido ſq; in gurgite piſces:
Aeſtus optauit gelido reſtringuere fonte:
Haud mora robuſtos(illum ſua fata trahebant)
Artus nudat:& optatas petit inſcius undas.
Tunc ſe præcipitat ſaxo:tunc motibus ipſas
Vertit aquas crebris:ſpumaſq; relinquit eundo.
Non ſecus ingenti uenit cum flumine torrens:
Vidimus aut timidos damas:ceruoſq; uolucres
Nymborum furias celeri uitare natatu:
Et loca celſa metu:& tutos conſcēdere mōtes.
It riuo uelox:alternaq; brachia iactat
Nunc imis merſus:ſūmis nunc uiſus in undis.
Ergo ubi ſæpe pedes mouit:mouitq; lacertos:
Atq; inſtar mergi totum ſe ſe obruit amne:
Frigoris impatiens rediit:ſubitoq; tremore
Correptus totum cœpit palleſcere corpus:
Labraq; non uiolis unq̄ cedentia rubris
Accipiunt:quem mora ferunt matura colorem.
Paulatimq; caput penetrat:penetratq; cerebrū:
Et titubare facit miſſis iam uiribus artus
Nauſea languentes:uerſatq; per omnia ſenſus:
Mox tandem procūbit humi ſine uoce:putares
Funeſta rupiſſe manu ſua fila ſorores:
Aegroto medica ſubuenit cæſius arte
Inter apollineos longe celeberimus:illum

Panhenope genuit:gallis modo præda ſupbis:
Rurſus & ad ueteris prolem conuerſa tyranni.
Credit huius opem ſummo miſeratus olympo
Phœbus amadryadū poſt plurima uota tuliſſe.
Si. Hoc ego iam dudum (liceat mihi uera fateri)
Præſago repetens mortales pectore caſus:
Sollicituſq; diu de abſente uerebar amico:
Nam cui uerus amor tetigit præcordia: ſomnos
Non ſinit amoto ſubrepere membra timore.
Debeo meq; tibi:& quod noſtrum ſeruat ouile:
Deniq; qdqd habēt fructus mea ruſcula carpes:
Me ſequereten ueniūt iā ſera crepuſcula noctis.
Impediuntq; uiam fuſcantes æthera nymbi.
Vt primum radios tenebris aurora fugatis
Extulerit: repetentq; boues ſua paſcua mecum
Ibis:& optatum pariter quæremus amicum.

GEORGIO DIVI IOANNIS SECVNDI FILIO HERMICVS CAIADVS .S.

Cœpiſti (ut arbitror) ſi te hac litteras:
a quæ noſtræ erga te obſeruātiæ fuerit
indices. Nūc quoq; tecū mihi ſermo
Illuſtriſſime Georgi. Gaudes .n. plurimū litte
rariis exercitatiōibus:& latinæ linguæ mirifice de

ditus es/& bñ oío meritus de Romãi sermõis ele
gãtia: Siculo tuo nẽpe uteris sẽp et ubiq; familia
riter ut Socrate alcibiades: ut Seneca Nero: nec
iuria qñ qdẽ uir ẽ haud q̃q̃ idoctus aut iperitus.
ñ diffido (mõ pgas ut cœpisti) qn oratio tua trãs
maria tota fit: & latiali cãdore undiq; exuberãs.
Ego uero uel absẽs (quæ meæ ptes sũt) uolui pu
erile igeniũ istabile nõ nũq̃ & incõstãs ad icoep
ta studia ad hortatiõis aliquo genere cõfirmare.
Igĩ Aeglogã nostrã: iter alias q̃s fecimus quasq;
facturi sum⁹ tertiã: tibi offerim⁹: ut Hermici tui
mẽineris iterlegẽdũ: & ad poetas imitationẽ eni
taris: ut oib⁹ itẽ bonas artiũ studiosis oppido fa
ueas: & liberalissime opituleris. Vale Bononiæ
idibus Februariis. M.cccclxxxxvi.

HERMICI CAIADI LVSITANI AEGLOGA TERTIA INTERLOCVTORES TIRRHVS ET LYCIDAS.

Tir. VID PVER IN MEDIIS AE
q stiuo tempore campis
IGNIBVS EXPOSITVS TE
cum meditaris? & umbras
Quercus glandiferæ: & pãdentis brachia phagit
Sparsaq; purpureis contemnis floribus antra?

Nonne uides nimio messes canescere sole?
Et patulos siccæ passim telluris hyatus/
Riuorũq; leui præcingi puluere ripas?
Et querulo raucas strepitu plorare cicadas?
Quare age: umbrosas lycida te proripe syluas/
Ne faciem lædant incendia magna decoram/
Neue nitor roseo pulcherrimus excidat ore/
Vt uiridis solet in cineres ardoribus herba
Conuertiq; citos conuersa recedere uentos/
Sic pueri candor calido consumptus ab æstu
Vanescit: nigrumq; capit noua forma colorem.
Haud procul hinc densus se nobis arbore lucus
Offeret efficiens longis umbracula ramis:
Quem iuxta gelidi fontes: & cursus amœnos
Festinantis aquæ leni cum murmure in agros:
Illic & uersus calamis modulabere iunctis/
Carminaq; accipies nñi memoranda Paquequi/
Carmina non audita prius/ quid plura? uenito
O diuine puer nympharum digne cubili:
Te sacrata manet statio gratissima musis.
Ly. Nunq̃ thyrre fuit studium seruare nitentem
Quam facilis natura dedit: medicamine formã.
Dedecet hæc pecorũ mulierbris cura magistros/
Horridus obseruet facie metuendus & ipsa
Pastor oues: insteq; lupis raptoribus acer:

Eneruat uires animiq; & corporis una
Mollicies/inimica uiris: inimica colonis.
Ergo semper erit molli polyphemus amynta
Carior & tenero quoq; præponetur alexi/
Hic igitur locus est(nec.n.mihi gratior ullus/
Quãdoqdẽ statui gregibus nõ deesse paternis)
Quo possimus uterq; pari colludere musa:
Et meminisse noui surgentia carmina uatis:
Quæ tãtum laudas: quæ tantũ ad sydera tollis.
Ti. Vix te crediderim mortali stirpe creatum
Pulcra deum suboles:cœlesti munere uitam
Inter mortales qui degis: qui indole patrum
Et genus egregium:& uitæ argumenta futuræ
Portendis:sensus nisi me præsagia fallunt/
Omnia respondent famæ:licet inuida laudis
Deterat exiguumq; aliquid: faciatq; minora
Interdum ueris parco quæ prædicat ore/
Nam plerumq; bonis adimitq; augetq; nitorẽ
Et mala sæpe minus morsu deturbat acerbo:
Et quandoq; leuem mittit sub tartara culpam.
Quis non miretur puerum florentibus annis
Delitias patris:spem solam:pignora sola:
Nil moliri animo pueri quod postulet ætas/
Sed quæ maturis senibus tractare:uel ipsis
Cõueniat patribus: quos sæcula prisca dederũt/

Semper honorandos nobis/sempq; colendos.
O decus ætatis:splendorq; & gloria nostræ:
Fœlix o nimium genitor:cui gaudia natus
Tanta parantali quæ sese iactat alumno/
Elysiis campis tellus fœlicior illa.
Sed quid inornatis consumis tempora uerbis
Thyrre loquax/meliora tuis potioraq; multo
Præstiterit:uacuis immittas auribus: ergo
Incipe/ si qd habes: & habes/quæ plurima possis
Dicere:castaliis rorantia carmina lymphis/
Vatis opus:superas nuper qui uenit in auras
(Principiis si fas est credere)primus ab alto
Vertice parnasi musaq; sedibus: ipsos
Deducturus equi rupit quos ungula:fontes
Aligeri in patriam: patriæ cum laude/ suaq;.
Exemplo quæcũq; loquor/ manifesta liquebũt/
Si dederis lycida faciles his uersibus aures.
Quo me uatiduces tandem duxistis inertem
Pierides/ tanti quæ præmia digna laboris/
Nam grege dimisso plærũq; & dulcibus aruis:
Pabula cum potior bubus mihi cura fuisset
Carpere: & arentes hortos suffundere lymphis:
(Heu demẽs quorsum/)sacri penetralia montis
Visere:& aonias curabam ascendere rupes/
Nostris ut syluæ præruptaq; saxa sonarent

Vocibus omniloquæ non notis uocibus echi.
Cura aliis non parua sui uiridantis agelli:
Et labor est aliis fulcire trementia tecta:
Vrget oues alios quod iam tondere necesse est:
Nam mercator adest empturus uellera dextra
Aere graui: pellitq; moram: & tondẽtibus instat:
Vnusquisq; exercet opus: cupit otia nemo:
Paupertatis onus queat ut uitare nefandæ:
His ego sum solus longe diuersa secutus:
Et quid erit precii? precium sperare coactus:
Interea uitam nullo cum munere ducam:
Interea pascar uentis: & inanibus auris.
Euentus tales spera quicunq; relinquis
Certa: ut quæ tibi certa putas: incerta capessas.
Ly. Iam tagus: aonias inter numerabitur undas:
Cui non tantus honos fuerit: nec gloria maior:
Diuite quod fuluas ripa deducat harenas:
Indigenæ q̃ quod uatis lætetur honore.
Mintius alter erit: bethim post terga relinquet:
Hesperios inter semper celeberrimus amnes:
Notior eridano fluuiorum rege: nitentis
Hoc nymphæ gaudete tagi: gaudete poeta:
Ducite iam choreas nymphæ: saltate puellæ:
Et remouete sacro nebulas a flumine tristes.
Sitq; in honore uiris: uatis sit cognita uirtus.

PHILIPPO BEROALDO BONONIENSI Discipulus Hermicus Caiadus. S.

ON IGNORAS BEROALDE n doctissime (nihil enĩ tibi uiro omniũ disciplinarũ pitissimo ignorãtia magis alienũ puto) Horatii carminibus admoneri nos: ne qd unq̃ cõsequi desperemus eorũ maiestate absterriti: q̃ i ea re cũ sũma hominũ admiratione degẽtes ipsi quoq; posteritati sui nominis ĩmortalitatẽ reliquerũt: Nã si picturæ studiosus qsq̃ simulachrũ obtueret: cui nihil & naturæ & elegãtiæ accõmodatũ deesse pspiceret: consimilisq; tabulæ simulãdæ oi spe prsus destitueretur: nec qcq̃ eniti tale auderet: Nimiq; picturæ dignitas decresceret: eadẽq; uia oẽs bonæ artes cõculcarentur: nec fuisset imitatus Homerũ Virgilius: nec Demosthenẽ Cicero. Sed qa gloriæ cupidis spes uires dedit: qd conati sunt arduũ sane & perq̃ difficile effecerũt: Q uãobrẽ mius dubito posse me ĩhisce litterarũ studiis aliqd laborũ saltẽ emolumẽtũ assequ: ne ĩpensæ diutius curæ pœniteat: utq; ad maiõa temp laudis cupidĩe flagret aĩus. Q uis. n. uirtutẽ ãplectit ipsã pmia si tollas? Ne igĩ rubigine tõpeat ĩgeniũ soleo pleq; aliqd uersiculis spõte sua scaturiẽtibꝰ lusitare: nõnũq̃ uero multa diligentioribus lituris coercere: q̃lis mihi labor fuit ĩ hac æglogã: quæ inter alias quartũ sortita locum

tibi supplicat: tibi inquã litteras; censori uigilantissimo: cuius illã numine afflatus autor effinxit: Quæ si tibi parũ placebit: a multis magnopere cõmẽdabitur. Quid si approbabis? a nullo profecto (quãtũcũq; rugosi critici iudiciũ subeat) si ne stupore magno legetur. Vale. Viue fœlix: Bononiæ pridie nonas Apriles. M.cccclxxxxvi.

HER. CAIADI AEGLOGA QVARTA HERMICVS SOLVS.

PASTOR VT INTERDVM
montes: & rura relinquat:
ET SOLITIS MAIORA CA
nat: concedite musæ:

Ascræum musæ potuistis ad æthera uestris
Tollere muneribus uatem: magnumq; per orbẽ
Illius æternam famam uolitare dedistis:
Qui patrias pascebat oues: uix notus in aruis
Quæ pede calcabat crebro: super alta bicornis
Culmina parnasi rapitur uicturus in omni
Tempore: & insigni cingẽdus tempora daphne:
Mox docuit: quo terra modo meliora crearet
Humanis alimenta: diu quis aspera sylua
Glandibus & rubris soluit ieiunia fragis:
Sic ego ne pigro patiar mihi membra ueterno

Elanguere: paro saturi fœlicia ruris
(Dum mihi pegasides dicent placitura puellæ)
Otia uel tenui meditari carmine solus:
Interea carpant ægræ uirgulta capellæ.
Et latis spatientur agris armenta torosa:
Dum genus humanum bubus sua rura paternis
Exercens auidi uiuebat fœnoris expers:
Nulli rauca leues rumpebant classica somnos:
Vota deo pelagi soluebat nemo tabellis:
Naufragium passus uentis tollentibus æquor:
Et rabiosa fori uendebat iurgia nemo:
Regum nemo fores duras: aditusq; superbos
Vt gratus dominis fieret: sine fine colebat:
Vnusquisq; sua contentus sorte beatam
Degebat uitam: norat mendacia nemo:
Illa nec inuidiæ uiolarat sæcula liuor
Aurea saturnine erat qui lædere sciret:
Sed tranquilla quies curis intacta malignis:
Solam frugiferis sibi spem ponebat in agris:
Magna inter priscos olim concordia fratres:
Vnanimes illo uiuebant tempore cuncti:
Terra nec agricolã dominum cognouerat ullũ:
Sacra tibi gentes tunc Termine nulla ferebant:
Norat teq; deum nemo: nempe omnibus agri
Communes illa fuerant ætate colonis:

Tales oceani ratibus dum natigat æquor/
Per mare non notum classem ducentibus astris
Rex uarios populos reperit:rex inclytus auri
Diues/& extremum nutu qui temperat orbem.
Nos hodie pecorum custodes/inscia turba/
Seruamus primæ saltem uestigia gentis/
A uulgi fluctu procul/ambitione carentes
Hæc sine ciuili fœlices turbine:& absq;
Rura metu colimus trepido/suspecta tyrannis
Nobilitas generis:uirtus/facundia:demum
Q uidqd ad imperiũ populo plaudente minores
Erigit:hinc cædes miseris mortalibus:hincq;
Damna ruunt propero tygres imitantia cursu/
Non myrto penetrans ad sydera celsa cupressus
Inuidet:aut pinus paruis idea salictis/
Non cæcos fului talpas rabida ora leonis:
Nec cupit exiguas ursus laniare lacertas.
Non culices aquilæ curant:maiore mouentur
Præda/cum nubes densas per inania findunt:
Sed nos uiminibus calathos iuncoq; palustri
Dũ facimus:teretesq; manu dũ strigimus hastas
Sceptra/qbus paret regno gens subdita nostro/
Non metus instabilis cui des fortuna fauorem:
Aruos: quoq; cultori nec gaudia desunt:
Nec fructus operum:pars ãni nulla molesta est:

Cum uer purpureis respergit floribus arua:
Lataq; surgenti lanugine prata renident:
Et tepido zephyri motantur flamine frondes
Arboreæ:mutantq; leues in robore rami
Q uam iuuat arguta captare sub ilice membris
Alternam requiem/& uires reparare cadentes
Agricolam fessum/procul o procul esto cupido/
Sunt sine luce faces tibi/sunt tua tela sine ictu/
I pete palladias urbes/pete regia tecta:
Et locus insidiis dabitur:iacet ille sub umbra
Sudantes postq; tauros ad pabula misit.
Spes bona dat uires:minuit spes ipsa laborem/
Q uid referã æstatis ueniũt ubi tempora/fruges
Horrea iam dudum expectãt uacuata nouellas.
Flaua ceres cultum quæ prima inuenit aratri
Gaudet primitiis:& agrestia munera iactat/
Voto quisq; suofruitur:fruiturq; labore/
Gaudet & ille magis maior cui pustula palmas
Inflauit:duri tractando pondera rastri.
Cum caput autũnus redimitum dulcibus uuis
Exerit:& labris spumantia musta repletis
Extinctura sitim ueniunt mitissima bachi
Munera:falcigero non contẽnenda priapo/
Gaudia quanta ferat:nemo est qui nesciat illo
Rusticus imprimis iucundo tempore/quando

Omnibus est gratæ titubans uindemia curæ.
Ebrietas animos mulcet; curasq; repellit
Protinus: & uires moribundas excitat: & nos
Audaces reddit pergrata senilibus annis.
Ast ubi tristis hyems inducit nubila cœlo:
Obruit & picea penitus caligine terras:
Cæruleisq; cauis funduntur nubibus imbres:
Et niuibus cãdent summis cum mõtibus alpes:
Retia rara dolos tendit spumantibus apris.
Vel leporem captat: uel turdos fallit edaces:
Vel canibus late saltus circundat arator.
Talia sole facit: fulgent ubi sydera inemptas
Sedula mensa dapes offert: largoq; relucet
Igne domus: rutilæ saliunt: crepitantq; fauillæ:
Et iuxta pueri posuere sedilia matrem:
Filaq; deducunt cantantes multa puellæ:
Atq; ita dum fallunt longæ fastidia noctis:
Otia securæ peragunt tutissima mentes.
Hanc uitam docto cunctis mirantibus ore
Laudauit celsa conspectus rupe beraldus:
Felsineæ uates: atq; ingens gloria gentis.
Iam satis aonides uestro dictastis alumno:
Carmina plura tamẽ: plures speramus honores:
Sed me cura boum cieti: hesperus ecce ppinquat.

HERMICVS CAIADVS ROBERTO LANTONO SVO .S.

Idisti mi Roberte quãto gaudio nostri iudicii spectatores affecti fuerit: nõ nostra commendãt hoies uulgares: aut obscuri: sed uiri imprimis omniũ disciplinarũ professores eminẽtissimi: Sed uiri huius inclytæ ac regiæ urbis primates: Sed poetæ antiquis haud inferiores: Quoq; aliqui spectaculo domi tuæ: Aliqui Mini Rosci hoc tempore dictatoris amplissimi ruri iterfuerũt. Bis æglogæ nostræ actitatæ sunt: & quantũ ex omniũ sentẽtia cõiectari possumus: decies repetitæ placebũt. Quã gloriã non tam mihi auctori: q̃ actoribus ipsis ascribẽdã duco: unusquisq; supra fidẽ recte suũ munus obiuit: oẽs lepide cõcinne pronũciarũt: nemo titubauit: defecit nemo: nec rei cõgruẽtes ipsi defuerũt gesticulationes: rusticos putabãt oẽs nõ cõmẽtitios: sed q̃les p siluas: p agros errãtes cõspicius: liberalitatẽ tuã & ai genuinũ nitorẽ nemo ẽ: q nõ admiret: quẽ prius norãt: colũt: & uenerãt. Tu Britãos Bononiẽsibꝰ cõcilias: tu facis ut ab olbꝰ britãni tuo exẽplo magnanimi existimẽt: & q ob honorẽ sũptibꝰ ñ parcãt. Gaudet te studiosq; socio & cõtubernali Guielmꝰ nf harynihon: cuius erga te amorẽ & fidẽ multis argumẽtis explora

tam habes. Te amico gloriatur Ioānes eius frater uir iuris consultissimus: cuius consilio serenissimi regis uestri mater augusta uirago nōnunq̄ utitur: tanta est uiri illius prudētia. Te nepote ex fratre lætatur nimiū Pont. Vintoniensis. q ter Episcopus ob egregia facinora declaratus ad maiores dignitates euectus ē. Te patrono beneficentissimo me foelicem puto: cui dum uiuā obsequar obnixe. Tibi ægloga quita sese offert tutori acerrimo: quæ simul cum aliis tuo iussu in uulgus exit multos caperatam frontem & seuerum iudicium subitura. Vale Bononiæ pridie idus iunias. M. cccclxxxxvi.

HERMICI CAIADI LVSITANI AEGLOGA QVINTA: INTERLOCVTORES LANTONVS ET HARYNTHON BRITANNI.

ELSINEI NVPER CELEBRA-
f bant sacra coloni
PANI SACRA DEO: ET RHE
ni gratissima nymphis:
Turba iouem magno clamore uocabat agrestis
Questa uluas fieri segetes: camposq; paludes,
Vtq; deus sæuos terris auerteret imbres:

Ne spoliatus ager uiuis alimenta negaret:
Pro se quisq; pia iunonem uoce rogabant:
His aberat uotis præstanti corpore haryntho:
Viderat hunc mœstum & prærupta rupe iacētē
Latonus a sacris lætus dum forte rediret:
Egregia forma iuuenis pulcherrimus unus
Ante alios nimium quos terra britannica iactat:
Talibus inde modis tristem compellat amicum:
Lan. Non has tanta sibi lachrymas solemnia poscūt:
Dona deis hodie tulimus: genioq; bidentes
Haud paucæ cecidere loci: gauisus honore
Iupiter ipse suo uirides compescuit imbres:
Reppulit & pitido nigrantia nubila cœlo:
Non ne renidentes phœbea lampade campos
Aspicis? & pecudes umbras captare sub ulmo?
Exercent alii choreas. diuunq; precantur
Numina: tu lachrymis indulges solus: & omni
Pastorum e numero uoluisti muneris expers
Esse: uel indomito secludas pectore curas:
Vel mala quæ uexant precordia fare uicissim.
Har. Sic tibi magna pales faueat: sic fistula dulcis
Contingat resono sistat quæ flumina cantu:
Sic nunq̄ aligeri experiaris uulnus amoris:
Desine mœsticiæ duras perquirere causas:
Plurima quæ cures tibi sunt: aliena relinquas.

Non est cur optes nostros augere dolores/
Et reuocare nouos exacto funere luctus/
Quí age carpe uiam/comitum ne uota moreris.
Lan. Nescis ingenium nostrum/non posse perire
Me præsente aliquem nescis/errabat opacis
Hermicus in syluis quondam/perq; auia lustra
Auditas nulli iactabat in aera uoces/
Cũq; locum miseris quereretur deesse camœnis:
Hospitio tutum uatem in mea tecta recepi/
Otia magna dedi/cui sum maiora daturus/
Si patrios unquam continget uisere fines.
Et dubitas aperire mihi mala pectoris ægri?
Auxiliumq; meum spernis:morboq; medelam?
Ite citi comites/& uestra reuisite rura/
Iam multum atq; diu deerrauimus/ite relictos
Ite uidete lares/dum tempus/& inter eundum
Non cesset molles effundere tibia uersus.
Ecce abiere/potes nunc singula dicere:nobis
Quidqd id est tuto cõmittes: nec puto quisquã
Hic aderit/nostris qui uerbis inserat aures.
Arua patent late/uentiq; in pace quiescunt:
Nec nobis obstant tenebrosis saxa cauernis:
Quæ percussa queant arcanas prodere uoces.
Har. Non ego uicinis stabulis/aut messibus ignem
Immisi:aut ullis inseci stagna uenenis:

Non unq̃ scelerata deos in uota uocauit
Dicet qd uere/mihi est(mihi crede)pudẽdum.
Quod si supplicio committit crimina quisquam
Digna:manẽt meritæ haud lõgo post tpre pœnæ
Delituisse diu nequeunt: deus omnia cogit
Esse palam:uulgiq; facit uolitare per ora.
Dii quoq; sũt testes/quãuis procul arbiter absit.
Vox fuerat fossæ (quis nescit?) credita paruæ/
Ariculas asini myda rex habet: ilico creuit
Garrula quæ uocem (mirum) detexit harundo.
Lan. Simplicitas uitæ nostris maioribus olim
Perplacuit/sincera fides: morumq; bonorum
Integritas:non mendacis periuria linguæ
Implicitiq; doli quenquam læsere priorum.
Tunc in honore dei (pietas tunc magna) fuerũt.
Sæcula peruerso uenerunt ordine nostra/
Heu perit in tenues auras reuerentia diuum:
Nõ metus aut pudor est nunc/nõ pietatis imago
Vlla manet:fugere cito per inania cursu/
Non reditura uiros faciunt quæ scandere cælũ/
Nosti qui credant aliorum incommoda semper
Commoda magna sibi: nosti qui dira minentur
Innocuis/uitiumq; obiectent:falsaq; frustra
Crimina longinquas olim uulgata per oras.
Har. Lantone constanti patiaris pectore uerba/

Oceano tygres:uenantur in æthere ceruos:
Flauaq; de duro contendunt marmore mella
Promere:& e medio sperant torrente lyeum/
Sed nondum penitus uirtus abscessit:in æuo
Restat ad huc nostro uiuendi semita recte/
Cultoresq; deum superant mortalibus usquam:
Num memor es patrui:cinxit cui tempora nup
Infula/quæ meritis accessit tertia merces?
Dotibus immensis animiq;& corporis una
Præstat:& antiqua nulli probitate secundus/
Estq; senecta uirens: est & uenerabilis illi
Canities:rugæq; sedent in fronte decoræ/
Lan. Missa face ista precor: da causã uulneris huius:
Aegroti uideo nimium te pectoris angi/
Dumq; loqui pergis/suspiria pectore ab imo
Ducis:& ex oculis lachrymas; flumina manant.
Har. Cogimur inuiti tandem secreta fateri.
Ille iacet uiridante ferox qui gramine taurus
(Aspice sæuitiam uultus: frontemq; minacem)
Dum sibi subreptam queritur certamine uaccã/
Per syluas/per agros fugiens/mugitibus auras
Impleuit:trepidæ fugere per auia nymphæ.
Tunc ego quæ cordis rapuit penetralia nostri
Aspexi phyalen forma præstante puellam/
Lumina bina illi decorant(ceu sydera)frontem/

Candida non unquam tepido cedentia lacti
Colla nitent:positiq; iacent sine lege capilli.
Omnia casta iuuant nymphãt non semp amãtes
Omnia casta iuuant:nõ semper quæ tegit imos/
Instita longa pedes/uitæq; insigne pudoris.
Subdere colla iugo me uis amor improbe duro/
Nec datur ulla quies /noctesq; diesq; gemendo
Expers sæpe cibi/potusq; absumo/medullas
Exest flamma uorax:atq; insatiabilis ignis.
Quid mihi sæue puer totiens illudis amanti?
Blanda quidẽ uenus est:nimiũ ferus ipse cupido:
Heu nimiũ ferus/heu lachrymis & sãguine gaudet.
Pyramus infœlix: infœlicissimus iphis
Parcarum ante diem præscriptaq; tempora fatis
Iussus uterq; mori testes:cur oscula poscis
Myrrha patrem?biblis poscit cur oscula fratris?
Inconcessa placere facis persæpe cupido/
In uetitumq; facis niti crudelis amantes.
Orphea quis docuit pueros optare tenellos?
Quis subitæ causam mortis tibi pbuit orpheu?
Lernæum multo leuius coquit ossa uenenum:
Non tam funestas emisit cerberus ore
Spumas/dum superas inuitus contigit auras
Quam uirus miseris quo spargit corda cupido.
Lan. Omnis amans æger/captusq; insanus/& amens:

Dulcis amor calor est animi: uis maxima mētis:
Eripit hic hominum sensus peruenit & ipse
Iudicium: extinguitq; animum mortalibus: illū
Mollis uita creat: sed luxus & otia gignunt.
Esse hūc corporibo morbū qs nescit haryntho n?
Q ui languere suo faciat nos acriter igne:
Et meminisse uetet nostri meminisse parentum
Illorumq; : sibi qui nos debere merendo
Effecere diu: largæ si gratia dextræ:
Nec benefacta fugant ingrata obliuia mente:
Q uod tu nunc sentis: ad dulcia rura redire
Siulte soli patrii spernis propriosq; penates:
Anxius haud curas: : aurū quæ flumina multum
Amne uehunt: gemmasq; ferunt prædiuite ripa.
Pabula læta gregi: placidas pastoribus umbras
Insula nostra dedit: cœli clementia summa est:
Non impune meos externus miles agellos
Vastabit: nostris rapiet nec ouilibus agnos:
Non aditus gallis illic: non gentibus ullis.
Sunt uires nobis: sunt tela nocentia late:
Magnāimūq; ducē plæbs numinis istar adoratt
Ipso qui nutu populorum temperat iras
Perdere ne possit miseros discordia ciues:
Non hæc elysiis mutanda est patria campis:
Gargara cui cedunt: cui cedunt thessala tempe:
Sed qd nota cano suenias propem? haryntho n:
Nox ruit: & socii procul hinc abiere: sequamur.

Tempūs erit nobis: quo larius ista loqueris.
En sequortire libet fido comitante sodale:
Nec nego consilio semper parere salubri:
Fratris amor cogit tua iussa capascere solus:
Ille pater nobis est: & spes unica uitæ.

ANTONIO GALEATIO BENTIVOLO. HERMICVS CAIADVS. S.

INTERFVISTI NOSTRI Operis recitationi Bentiuolæ familiæ præcipuū ornamētū: & p̄sentia tua nō minus spectaculū ipsū decorastiq̄ si oēs Romāi senatus p̄sides affuissēt: & linguis simul aūsq; fauētes plausissent: Nemo fuit tā acris iudicium: tā seueri supcilii: q uitio id dare auderet: qd tu omniū approbatissimus īmēsis extulisti laudibus: Robertū meū: q uestræ iclytæ domus semp obseruātissimū se p̄stitit: tāimi tui suauitate adeo tibi deuinxisti: ut nihil tā arduū putet: tāq; difficile qd subire uereat: ūdū tibi atq; tuo: cuiuis obseq̄ & more gerat: illius iussu coactus sū æglogā hāc beniuolētiæ erga te suæ testē ædere: quæ q̄si extēporaliter effusa libēn? ad te cōfugit: ut tuo uelut p̄sidio munita nō pudeat iter alias icudē ppessas diutius pdire: & autorē suū tibi uiro munificētissimo supplicē cōmendare. Vale Bononiæ quito Kalendas iulias. M. cccc lxxxxvi.

HERMICI CAIADI LVSITANI AEGLOGA SEXTA INTERLOCVTORES DAMON: MOPSVS: ET IOLAS.

Da. OPSE PARA CALAMOS,
m calamis dignissima certe
NOSTRA THALIA TVIS,
nec te præstantior ullus
In syluis gracili modulatur carmen auena:
Dum canis auritas querquus agitasse cacumen:
Et charis nidos uolucres cum fœtibus altos
Deseruisse ferunt: salices nec amasse capellas.
Quin etiam satyri (tanta est tibi gratia cantus)
Et faunin ymphæq; arrectis auribus astant.
Mop. Non opus ista mihi referas fidissime damon:
Quippe supuacuum est coram laudare sodalē:
Quisquis amicus erit propriæ præconia laudis
Spernet: & absenti cupiet sibi talia dici.
His potius dictis lasciua puella mouetur:
Gaudet enim facie cunctis præstare decora:
Et iunonis auis gemmantes explicat alas:
Voluit & in gyrum toto cum corpore pennas:
Et sibi plus a quo: si plaudas: arrogat: & se
Miratur demens: plausuq; superbit inani.

Et tibi quæ faciant labentia flumina fluctus
Sistere: & aerias descendere montibus ornos.
Duraq; per liquidum concurrere saxa uolatu:
Pan deus archadiæ septem perflare cicutas
Concessit: facilesq; dedit depromere uersus:
Ornauitq; tibi dilecta tempora pinu:
Quam memor ipse geris diuini pignus amoris.
Da. Quantū cuncta ioui cōcedunt numina: quantū
Hermicus altiloquo concedit & ipse Beraldo
Tantū mopse meam superas cātando camœnā.
Mo. Quantum felsinea cunctis Galeatius urbe
Maior: & hyppolito phœboq; nitētior Hermes:
Bētiuolæ d̄ stirpe domus pulcherrimus Hermes:
Tantum nostra tuos calamos ueneratur arundo.
Da. Laurigero quantum deuictus marsia patri
Supplicat: & quātum iuuenes mirātur Alexim:
Cuius & āplexus cupiūt: atq; oscula nymphæ:
Tantum mopse tibi damon in carmine cedit:
Mo. Gallos: quantum duris celebratur in armis
Annibal: italici tutor fortissimus axis:
Omnibus in rebus magni uestigia patris
Qui sequitur patriæ lumenq; decusq; secundū:
Tantum menalio gestit mea fistula uersu.
Da. Iam satis inq; uices celebratū est carmine nostrū
Nomen: amicitiæ respondent omnia firmæ:

Nunc æstus libeat placida uitare sub umbra:
Dum medio titan prospectat ab æthere terras:
Nulla errare uides nostros armenta per agros:
Gurgite se ranæ/pecudes se frondibus abdunt:
Frigora delectant: infestant omnia soles:
Frigora captemus:nam solibus arua dehiscunt:
Nõ peul hinc syluas: nõ hic peul antra subibis:
En uideas multa ualles quæ fronde uirescunt/
Sunt loca quæ ruris uel numina sola frequẽtent.
Mo. Non mihi memnoniæ sedes:nec ihospita syrtis/
Monstra nec ardentis lybiæ nõ caucasus horrẽs:
Nec quæ mortales terrent plutonia regna:
Displiceant damon/tecum modo detur adire/
Te sine nil gratum:sordentq; feracia rura
Te damon absente mihi/fluuiusq;/ceresq;.
Seu malis ulmus: seu quæ loca phagus opacat:
Præuius i sequimur/tibi me parere necesse est:
Vtq; corymbiferæ truncos & robora texunt
Nexibus obliquis hæderæ/flexuq; tenaci/
Sic mea perpetuis uinxisti pectora nodis.
Da. Ante mari pisces deerunt:& piscibus undæ/
Ante pecus teneras sanum fastidiet herbas:
Ante diem mundo claram natura negabit:
Et nox sydereos tenebris prohibentibus ignes/
Nesciet/& phœbe perdet cum fratre nitorem/

Quam nostro charus cedat de pectore mopsus/
Aut quam noster amor tenues uanescat i auras.
Mo. Venimus ad lucum/qui nobis oria rumpat
Nescio quis properat/pulcher (nisi fallor) iolas
Lætus adest:heus unde uenis/quo pergis iolas/
Io. O infœlices nimium/nimiumq; bonorum
Immemores/quando dabitur miranda uidere
Tantarum uobis rerum spectacula/quando
Per nemus umbrifer/p amœna uidebitis arua:
Pastorum miseri saltantes ire choreas/
Carminibus syluæ/colles & saxa sonabant:
Est data tota dies ludis:nec pondera aratri
Colla tulere boum:nec aratri uulnera tellus.
Da. Dic iuuenis quæso/quæ festa fuere/quis autor
Præcipuus fertur/quibus hæc in mõtibus acta/
Io. Barbara gens latios grauiter pressura penates
Alpibus aereis saturnia nuper in arua
Descendit/lateq; furens & rege superba/
Ab ioue quem missum credebat mobile uulgus:
Contempsit uires hominum/uiresq; deorum.
Principis incerta fauet fortuna: uolentem
Plura sibi quam fata darent:submittere: liquit.
Quæq; prius dderat miserãdæ mœnia nymphæ
Abstulit:& tumido uirus proiecit ab ore
Hydra recens:ne prona cadat suffulta leone.

Sic crudum in patriam cristati principis agmen
Non sine cæde uirum fugit/uix sospite rege.
Talia bentiuolus fecit Galeatius ille
Maximus esse palam/ualles qua parte theatri
Efficiunt speciem. Camaldum nomine dicunt
Indigenæ/dominum norunt te prædia Mine
Mo. Miror pastores nullo clamore uocatos:
Debuit assiduos effundere buccina cantus.
Io. Estis uos surdi?/sonuerunt cornua bis/ter/
Deseruere tui tua moenia felsina ciues:
Ipseq; qui patriam tranquilla in pace gubernat:
Affuit armipotens ianus mauortius heros.
Mo. Audisti damon strepitus & murmura gentis/
Vgerii uersus canerem dum rupe sub alta/
Da. Credideram insidias ceruis damisq; parari/
Hoc mihi presertim hinnius suadebat equorũ.
Io. Præteritum tempus didicit non uertere terga/
Quod fuit esse potest nunq̃/prudentia sola est:
Quæ res iam gestas memori sub pectore fixit/
Vos audisse sat ẽ:qd̃ dehic meminisse potestis/
Est audisse aliquid:q̃uis sit certior aure
Arbiter ipse oculus:quanuis demissa per aures
Segnius irritent animos:discedo: ualete.
Da. Si quid adhuc superest/gauderem mopse uidere.
Mo. Per loca cuncta tibi nunq̃ comes ire negabo.

HERMICVS CAIADVS LVSITANVS ALVARO TESSIRAE SVO .S.

DELPHOS HANC AEGLO
a gam nũcupare merito possemũ qua
tres fratres Iducũtur/sed qbus (si qs
allegorice legat) nec claiores unq̃/
nec doctiores: Lusitania ne dicã tota Hispania/
pereauit/Duo maxio uirtutũ oium cãdore cõspi
cui uiuitis/tu.s.& Ludouicus frater eloquẽtiæ ip
sius alũnus/Tristanus uero cui Thyrsi pastorale
nomẽ idideraã:uix ãnos nat9 ũdeusgiti Bononiæ
obiit ab hic triẽniũ:nõ sine luctu non mõ uestro.
sed oium icredibiliseoꝝ præsertim qbus adolescen
tis mores sanctissimi:utræ cõtinẽtia: utriusq; lin/
guæ facũdia:uiri/humani simul & diuini peritia
explorata erat: Inuicherer i fortunãti deos ipos ẽt/
nisi suspicarer sic a/ fatis cõstituũ:ut ea ætate na
turæ cõcederet:qua nec inocẽtius unq̃ emori pos
set:nec cũ maiori suoꝝ spe desiderari/sed ne luc/
tus renouẽ/hactenus nec ultra pcesserim. Illud te
dũtaxat & p defuncti fratris umbras: & p supsti/
tis caput obtestabor/ut æditiũculã hãc nrãm tuo
gẽio dicatã ea comitate foueas:q̃ bonas artes oẽs:
& igẽia pseqris. Vale. Ferariæ. iii. K. octo. M.D.

HERMICI CAIADI LVSITANI AEGLOGA SEPTIMA INTERLOCVTORES THYRSIS LYGDAMVS. ALPHESIBEVS.

Thyr. YGDAME TE PRIMVM Ma
I terni pignora uentris
BINI OBSERVAMVS FRA/
tres: te patris habemus
Instar/naturæ postq̃ cessere parentes.
Te sine nulla dies unquam mihi candida fulsit:
Alphesibeus idem non ficta uoce fatetur.
Lyg. Miror quod nobis memores hæc thyrsi: nec unq̃
Credo fuisse aliqd factum dictumue malignum:
Q uod uestrum cecidisse meo de pectore amoré
Argueret/colui tanq̃ duo numina fratres
Vos animo parili quanuis ætate minores/
Esse fidem uobis ægram/hæc exordia mõstrant.
Nam quid opus blãdis impellere uocibus aures?
Non nostrum est artem pictis adiungere uerbis:
Simpliciter mecum/& sermone loquaris aperto:
Si quid habes: qd̃ scire uelis mernãq; ego semper
Verborum ambages præsertim in fratribus odi.
Thyr. Rupisses nisi uerba mihi: mediamq; loquentis
Turbasses uocem: procul hæc suspicio frater

Chare foret: nec enim pietas antiqua recessit:
Nec latet arcanum puro sub corde uenenum.
Postq̃ sollicita uidi te mente iacentem/
Et pigro torpore grauem/ uultuq; subinde
Q uam fuerit læto minus/ ocyus impulit ardor
Fraterni angoris ignotas quærere causas/
Teq; rogare uelis animas ut corpore in uno
T ris seruare tibi: & fratrum meminisse tuorum:
Q ui ueluti numero superamus sydera lædæ:
Sydera/ quæ tenebras subeũt lucemq; uicissim:
Immenso uinci nunq̃ patiemur amore.
Q uare age quæ tantæ uexent præcordia curæ:
Ne dubites aperire tuo bone lygdame fratri.
Sic tua uota deus nemorum quicunq; uirentes
Cũcelebrat saltus/ gelidisq; in mõtibus umbras/
Audiat: & centum concedant fata nepotes:
Ruricolas oẽs/ nympharum sanguinis omnes.
Lyg. Si quid amas fratrẽ placidissime thyrsi parũper
Hinc abscede rogo/& solus sine cũcta uolutem:
Q uæ mihi cor uariis miserũ cruciatibus urgent.
Sic dolor interea & rodentes pectora curæ
Me mihi restituent: solum requiesse iuuabit:
Gliscit enim mœror/ multoq; ferocior exit/
Si renouare cupis/ sanati uulneris instar
Q uod si forte iterum refricas/ obducta cicatrix

Os aperit/uiruſq; nouo cum ſanguine fundit.
Thyr. Vrimur imo magis/cæco ſi carpimur igne/
Et magis atq; magis uexat dolor intima clauſus.
Q uod ſi lethiferum uulnus monſtrabis amico
Dextram(quiſquis erit)porget fortaſſe medẽtẽ/
Et leue ſi taceas/pallentem ad tartara mittet:
Vnde redire deus paucis dedit/ omnibus ire.
Nõ quæ uicinos angit : te torquet egeſtas/
Aſpexere quidem ꝓpius res numina noſtras/
Paſcua ſunt nobis:pecoris nec copia defit:
Arua damus ſpacioſa aliis:qui noſtra quotãnis
Horrea meſſe dato ſupplent pro temporis uſu/
Noſtra nec aufugit mitis uineta lyeus:
Q uæ ſatiare omnes poſſunt uel ſola britannos:
Hauſta licet magis e gelidis nos fontibus unda
Delectet:pueris ea pocula prima fuerunt/
Viximus his ſemp contenti lygdame rebus:
Q ualeſcunq; dedit nobis fortuna/ uel ipſe
Q ui mare:qui terras: qui temperat oſa nutu/
Nec tibi ſæuus amor(diuum licet ille fatiget
Corda)nocet/uitam noui/moreſq; priores.
Cedit amazonius iuuenis:domitorq; caballi/
Q ui dedit aonio primordia mira liquori.
Da precor hanc frater:frater chariſſime tantæ
Mœſtitiæ cauſam/& precib⁹ deflectere noſtris.

Audi/quando quidem cogor tibi ũera fateri:
Dum nuper pecudes numero ſublimis ab alta
Rupe meas/oculiſq; patentia metior arua:
Inter oues aries uillo nitidiſſimus aureo
Subiiciur:qualem nunquã uidere coloni
Tempore ab hinc lõgo noſtris regionibus ortũ:
Hinc mihi ſpes gregis/& telæ/ lactiſq; tepentis/
Nec ſperare nefas uobis hinc otia uitæ/
Hic illo melior phrixum qui dicitur olim
(Vt narrare ſenes memini) uexiſſe per altum/
Cuius ut in patriam uellus portaret Iaſon/
Credidit æquoreis puppim temerarius undis/
Sed me dira lues:peſtis metuenda timori/
Q ualem terrarum uindex nõ pdidit unquam
Amphitrioniades/ ſpoliauit munere tanto
Ore lupus rabido immitis/rictuq; cruento
Nunc circũ ſtabula alta fremẽs ululatibus agros
Terret:& exitium ſæua quoq; cæde minatur
Illi/qui magnis paſtorum plauſibus errat:
Cuiq; nitent ſimili diuiſſima terga metallo.
Præterea exiguis poſitum ſub uallibus hortum
Damnorum intraui ſecurus:uiſa iacere
Q uerqu⁹ humi/mãibo q̃rqu⁹ plãtata paterniſ:
Vnde legebamus glandes alimenta quotannis
Non ingrata pigris ſuibus/ſed truncis inhæret/

Fixus adhuc terræ: & saluis radicibus extat/
Inde renascetur/ferietq; cacumine cœlum
Altera/quæ nobis eadem solatia querquus
Præstet:detq; nouis gratã sub frondib⁹ umbrã/
Dum suadent raucæ somnos captare cicadæ/
Terraq; phœbeo diffinditur usta calore:
Q uæ si spes animo caderet (pro iuppiter) ultra
Caucaseas irem rupes tua uincla prometheu/
Aethiopumq; domos:& nigri memnonis arua
Inuia lustrarem demens:& feruida nili
Ora uagus frustra conarer adire latentis/
Sed caderent armenta prius iugulata:nec ipsis
Extructis dudum tectis uulcanius ardor
Pateret/ut nunquam posset fortuna nocere:
Nec rabiem exercere suam/nec dira minari
Ampliusipse etiam hetruscis qui pascit in oris
Ianus oues pingues atq; aspera rura frequentat
Tam procul his absens oculis me nocte dieq;
Suspensum misere: & semper peiora uerentem
Sollicitat:nam mense dies/& longior anno
Mensis:& hora die mihi tardior ire uidetur.
Q uæ te Iane decus nostrũ: quæ causa morat.
Q uin uisum properes charum fidũq; sodalem.
Hoc nisi pollicitus multumq; diuq; fuisses
Iane mihi/ cuperem potius mea membra reuelli

Montiũagis lacerata feris/quam temporis illũ
Te sine momẽtum polyphemo ditior esse/
Illo/cui plures pecudes/q̃ sydera cœlo.
Illo/cui plures agni/q̃ gramina campis.
Ipse licet ueteris uiuas oblitus amici:
Atq; absens nostras contemnas usq; querelas/
Non cessabo tamen iani meminisse: tuumq;
Seruabo penitus fixum sub pectore uultum/
Et Ianum ualles præruptaq; saxa sonabunt:
Fistula dum manibus fuerit/ dum spiritus ori.
Alph. Iane ueni optatam socio allature salutem/
Desere discordes agros: miserosq; tumultus/
Nec te pœniteat migrare in pascua nostra:
Hic uer nõnunq̃ est: sunt & pastoribus umbræ:
Si quando æstiuo canescunt pabula sole/
Hic congesta focis aduoluere robora quibis:
Tempore quo hyberni spirabũt frigora chauri.
Hic buxeta etiam uarias imitata figuras/
Q uæ circum satyri ludunt/dryadesq; puellæ.
Thir. Alphisibee uides quantis exercita fatis
Vita sit:& quantis iactemur quisq; procellis?
Q ui dicebamur nimium/nimiumq; beati/
Q uorũq; inuidiam pecus exerciabat amarã:
Sorte minus læta (incertum quo numine læso)
Vtimur/& sæuo fortunæ obtundimur ictu.

Alph. Nõ hæc thyrsi mihi:nõ hæc mihi mira uidẽtur:
Namq; hac lege sumus natiuit nũc ꝓspera res:
(Si qua tamen possunt in terris prospera dici)
Securos reddant:subitis nunc tristia curis
Sollicitentq; agitentq; animos nil tale timentes.
Has rebus tribuere uices uel fata:uel ipse
Cum numine & herba uiret cãpo:& sata surgũt:
Et uolucris charos suspendit ab arbore nidos:
Cernere ne quis eos:neu quis contingere possit.
Qui sapit heu nolit rebus confidere lætis
Rursus in angustis melius sperare necesse est:
Tempora mutantur: præsens fortuna recedit.
Nil stabile est usquam: nil lõgo tempore durat.
Nã quas nũc passim syluas frondere uidemus
Deponent uiridis iam lætum frondis honorem:
Et quæ uix surdo labuntur flumina cursu
Aggeribus ruptis quondã stabula alta bouesq;
Diripientq; trahentq; uiris nec turbida parcent.
Sed qd go hæc fris qd uos mea uerba morãtur?
Ire domum tempus suadet: præsepia tauri
En repetũt saturi:& gelido micat hesꝑus astro.

HERMICVS CAIADVS ZACHARIAE CONTARENO EQVITI .S.

APINIVS STATIVS POEta omnibus fortasse anteponẽdus (Platonẽ: hoc ẽ Virgiliũ semp excipio) Syluas: suas: libris Epistolia proponit rerum uidelicet: de quibus agit argumenta. Ego uero Aeglogas meas ædidi singulas cum singulis Epistolis ad eos: quos: præsidio & fauori labores meos dicaui. Idẽ & ĩ ꝑsentia factito Zacharia hũanissime: ut cõstet unum te eẽ olum maxi mũ: quos instar numinis adoro: quos colo: qbꝰ qdqd ẽ ĩ me otii & ĩgenii acceptũ ffero. Cæterũ stilo tenui: uelim ĩputes: q; prætermisi pleraq; oia & quæ ipse præclaꝛ egisti: & quæ maiores tui cũ sũma apud uos dignitate sunt ĩdepti. Non.n. tantarum opum capax est rusculum modico uix farre refertum. Hæc igitur differo in aliud poema: non rurestre: quale est hoc: sed urbicum & ciuile: Quod iam parturio: & ꝓpe diem (modo lucina faueat) enitar. Vale. Rhodigii Nonis Ianuarii .M.D. in toto polineso præfecturæ tuæ mense Quinto.

HERMICI CAIADI LVSITANI AEGLOGA OCTAVA INTERLOCVTORES CONTARENVS ET BARBADICVS

RIDANI AD RIPAM MOLli qua leniter unda
e ADRIACO VENETAE LVdunt in gurgite nymphæ
Rupe sedés celsa pecudes numerabat, & hædos
Barbadicus senior, sancto cui plurima mento
Canicies pendet: sulcant cui tempora rugæ
Emeritæ, longiq; dies & mitius æuum
Nescio quid præter mortalem addebat honorē:
Contarenus ut hunc uidit de more salutat
Pastor & ipse satus prisco de sanguine auorum,
Mox prior alloquitur, tenuere silentia syluæ,
Et dictis duræ flexere cacumina querquus,
Et pater Eridanus præcinctus arundine crines
Risit: & immota stupefactus substitit unda.
Con. Sācte pater quæ cura tibi? qd pectoř uersas
Iam dudum tacitus? numero tibi ne quid in illo
Desit, agis? quo nam prudentia tanta recessit?
Scilicet hostilem rabiem: aut inimica luporum
Ora times? populet ue tuos exercitus agros?

Et nobis uires, & tela nocentia late,
Et tibi inaccesso surgunt præsepia saxo
Tuta procul, pharetræq; tibi fortesq; molossi,
Sancte pater curis sacram quassare senectam
Desine, & urgentes præsago pectore casus
Voluere: lasciuos pastor curauerit hædos:
Quæque gregi tellus meliores proferat herbas:
Distat enim, errātes pecudes quæ pabula carpāt:
Lac siquidem niueum ballantibus inficit agnis
Herba mali succi, aut uiridi calcata chelydro.
Deniq; quidquid agri poscunt & rura laboris:
Sedulus impendas opus est, si forte benignam
Esse cupis cererem tibi, rem sudore paternam
Augebis, facilisq; pales tua septa replebit,
Quiq; olim uenient eadem de stirpe nepotes
Carpent poma tua fœlices consita dextra,
Sæpe reliquit auus dicent hæc iugera nobis:
Iugera, quæ centum possent satis esse colonis:
Illius hæc certe labor, & uigilantia fecit:
Non somno indulsit pernox fulgentibus astris:
Nec uano absumpsit labentia tempora ludo,
Sed sterilem assiduo lassauit uomere terram:
Sed cultu indociles docuit mitescere campos,
Difficilisq; graui cessit natura labori,
Quæq; boues pascūt, pecudesq; agniq; petulci

Temporibus fuerant illis loca peruia cymbis/
Nil nisi rana loquax/& acuta cuspide iunci:
Et uiles uluæ/limusq; & dira mephitis/
Hic ubi nunc segetes: spatiosaq; pascua tauris:
Hic ubi nunc crebris resonant grūnitibus arua/
Posteritas tumulum faciet tibi læta tuorum:
Purpureisq; tuam resperget floribus urnam:
Et iuxta fontem/molliq; sub arboris umbra/
Carmina pastores cantabunt sacra quotannis:
Sacratasq; tibi uiuo de cespite ponent:
Quas circum ludant/uotis solemnibus aras.
Interea uenerande pater/ pater unice nobis
Quod superest/eadem duc per uestigia uitæ/
Et pendere tua nostram/ memor esto salutem.
Ipse ego quid faciam/paucis sic accipe/ seruo
Hæc armenta/mihi quæ commisere parentes.
Pabula læta quibus/gelidisq; e fontibus undā
Sufficio: scabiemq; auerto/ truceq; podagras.
Imprimis aliena gregi contagia nostro
Arceo: namq; meis hæc cura parentibus una est.
Dumq; meæ pascuntur oues/tutissima quæro
Otia/cumq; mea uiuo fœliciter alba.
Alba/quam iunxere mihi charitesq; /uenusq;:
Alba/cuius amor crescit mihi semper in horas:
Alba/quam dryades/& adorant naiades: alba

Quæ cunctis præstat forma:& uirtute puellis.
Hinc nati gemini/quos uix dignoscere possis:
Vsq; adeo par est aetas/par forma duobus.
Hinc etiā genius Daphnis mea maxima cura:
Hinc alii/quos nympharū de sanguine credas.
Quid tibi fœmineam prolem/cui sydera cedunt
Aureas/quid generos referam/da iuppiter oro
Da mihi(qd cessas?)dignos hac stirpe nepotes/
Agricolas omnes/& dulcia rura colentes.
Plura locuturum sic tandem affatur amicum
Barbadicus:properare feras/properare uideres
Ilice frondosos quassante cacumina montes/
Omnia grādæuum quæ mox stupuere poetam
Carmina fundentem aoniis rorantia lymphis.
Bar. Fidere fortunæ nolit mortalis: & unde
Vectus ad alta memor/uitā sic temperet omnē:
Ne subita inuadant inopinum clade procellæ.
Nam plærumq; uides antiquo robore quercum
Viribus arctoi pronam subcumbere uenti/
Quamuis illa alte radices egerit olim:
Et luctata diu uictrix certamine longo
Perstiterit patrio tendens sua brachia cœlo.
Haud ignota tibi canimus/nam plurima nosti/
Conceditq; tuis æras maturior annis:
Trinacrii polyphemus erat ditissimus agri/

(Vt narrare ſenes paruo memini mihi) at illum
Cui tot oues fuerant, ignes quot ĩ æthere fulgẽt:
Quot cãpis herbæ apparẽt quot ĩ æquor fluct⁹:
Conſiliis melior: aſtuq; inuictus uliXes
Lumine fraudauit frontis: truncumq; reliquit/
Immani celſos tangentem uertice ramos
Arboris aeriæ: miſero nec profuit illi
Membrorũ robur/ nec uis metuenda cyclopum/
Hos agros/ hæc rura mihi (niſi prouida uirtus
Stat uallo munita ſuo/ uigilatq; ſubinde:)
Inuida diripiet uicinia: barbarus hoſtis
Cum ſtabulis armenta uret: præſepia flammæ
Corripient: penituſq; cadent quæ firma putanẽ
Omnia: & in cineres prorſus collapſa iacebunt.
Noueris hæc meli⁹ Venetos quo tempore primi
Paſtores inter tibi concedentur honores:
Cumq; illis eodem fueris chariſſime quo nos
Contarene loco/ geminas uideo ire columbas:
Atq; omnem firmaſ meum/ nec.n. pcul abſunt
Idaliæ uolucres/ pulchræ gens grata dionæ.
Spero fore/ ut ueniens aliquis de lumine uitæ
Nunciet hæc umbris olim gratiſſima noſtris:
Purpureos inter flores/ & amoena roſeta.
Talia dicentem muſæ mirantur/ & ipſe
Frondenti lætus daphne donauit apollo/

Muta diu faunis ſua lingua: ſed heſpertus alto
Præcipitat coelo: nox interuenit opaca:
Et remorata/ nigris terras complectitur alis.

DIVO HERCVLI DVCI HERMICVS CAIADVS LVSITANVS .S.

VIRGILIVS DECEM AEglogas ego dumtaxat/ nouem rudi quidem atq; informi fœtura ædidi: ne cum Poeta eminentiſſimo certare de numero uiderer: q̃q̃ nihil intereſt/ quãtum quis: ſed q̃ bene ſcribat. Extremum hunc laborem/ hoc eſt AEglogam nonã Sacratiſſimo tuo nomini dicamus Hercules Dux circũſpectiſſime: Victimas alii tibi immolabunt opimas atq; operoſas magis: nos farre hoc litare cõtenti erimus ad tuas aras: qui diuino mentis tuæ fulgore ſupplicantis fidem perſpicis: animũ minime ambitioſum agnoſcis. Vale/ & qua ſoles tuos tuere ope/ Ferrariæ. M.D.X. Kalendas nouembres.

HERMICI CAIADI LVSITANI AEGLOGA NONA INTER LOCVTORES ALEXIS, POLIPHEMVS AMICI.

Alex. VIN CANIMVS PARITER
q laudes polypheme deorum?
QVID MISEROS SEMper
uersu celebramus amores?
Ingrati, heu nimium ingrati, quibus otia diui
Tanta dedere, alcides: & formosus apollo.
Pol. Portentum est magnũ iuuenes cũ seria tractãt:
Est magis hæc ætas placidis obnoxia ludis:
Sed quãdo inuerso nũc ordine cũcta uidemus:
Dic age, si qd hẽs, nos Hercule digna canemus.
Alex. Sic fit, ut interdum pueri grauiora loquantur,
Et quandoq; senes narrent iocularia curui,
Tu prior incipias alcidæ promere laudes:
Nos nostrũ alterno dicemus carmine phoebũ.
Pol. Arduus hirsuta redimitus tempora fronde
Alcides, ueluti celsis in montibus ornus
Lataq; dimensus longo uestigia passu,
Vel solo aspectu terrebat comminus hostem.
Alex. Non tam lætus ager uiret undiq; floribus ipsis
Conspicuus genioq; suo, q̃ pulcher apollo

Purpureis sine ueste genis: & crine decoro
Conciliatq; sibi superos, & amatur ab illis.
Pol. Alcides uix natus erat, uix luminis auras
Cõtigerat, geminos cũ mensis orbibus angues
Pressit, & extinxit: ueram tũc se iouis esse
Progeniem ostendit: factũ mirante nouerca.
Alex. Confodit centum phœbus pythona sagittis
Mõstrũ horrẽdũ ingens, cui lurida collaminæq;
Tembiles: cui turpe caput: cui sibila dira:
Gaudet adhuc pulsa rupes parnasia peste.
Pol. Non ne iugo patriam eripuit tyrynthius heros
Deuicto tandem inuicta uirtute tyranno?
Non ne ideo natam iunxit, propriamq; dicauit
Ipse creon, patriæq; uiro commisit habenas?
Alex. Laomedonteos muros extruxit apollo:
Vnde duces nati, totum qui uiribus orbem
Subiecere suis: qua fuscos alluit indos
Ganges: quaq; tagus pleno fluit aureus alueo.
Pol. Pro quanta domuit metuẽdum mole leonem,
Quẽ nec flãma uorax: nec ferrũ pdere posset:
Strangulat alcides quassatis undiq; malis,
Hinc illud spolium tam clari pectoris index.
Alex. Cur tibi te phœbus detraxit marsia? non ne
Setosum poduit satyrum, raucumq; rudemq;
Stridentẽ dulci stipulam commiuere plectro?

En direptà cutis docet haud contemnere diuos.
Pol. Q uis nescit cæsis iterum ceruicibus hydræ
Ceruices creuisse alias: sed foenore magno/
Nanq; duplex subito cæsa surgebat ab una.
Non tamen alcides nisi uicta destitit hydra.
Alex. Foemina thebani elata ob connubia regis/
Proleq; bissena foelix/& patre superba/
Se quoniam phoebi genitrici prætulit: omnes
Extulit immeritos demens natosq; uirumq;.
Pol. Obstrictum bifidis aprum pedibus super alta
Impositum ceruice tulit/ stupuere erymanthi
Celsa iuga/& labro latuit Rex abditus æneo.
Tantũ erat alciden uidisse hoc pōdere honustũ.
Alex. Concubitus latonæ ausum sperare giganta
In syluis phoebus confixit harundine crebra/
Nunc distenta nouem per iugera uultur adunco
Viscera contundit rostro/ fibrasq; renatas.
Pol, Stirpitus auulsos truncos: & robora dura/
Ardentesq; faces centauri immania monstra
Hac homines: hac parte feri iaculantur i ipsum
Alciden: partim fusi: partimq; petempti
Alex. Phoebigenam sæuus lypareo perculit igne
Iuppiter: hippolytũ siquidem reuocarat ab orco/
Fulmificos male multauit cyclopas apollo/
Hinc pastor didicit nostras inflare cicutas.

Pol. Mænaliis cursu deprendit saltibus auro
Insignem ceruam caput illum præpete planta
Per syluas densas: per agros: per prata uolantē
Mirati uenti calaim zetenue putabant.
Alex. Iactatum genitale solum ceu cymba per undas
Errabas huc illuc impingentibus euris.
Te tamen ætherii pietas firmauit alumni:
Adde qd altricis gaudet cognomine terræ.
Pol. Stymphalidas turpes nimiũ: foedasq; uolucres
Terrarum uindex concusso aut reppulit ære/
Aut ut (fama canit) contento terruit arcu.
Viribus/ ingenioq; simul pollebat: & arte.
Alex. Sirenum cantus uincit: fidibusq; canoris
Parnasi dominas mulcet citharoedus apollo/
Hoc moduláte lyram: quærebāt orphea syluæ:
Et curuo delphin portabat ariona dorso.
Pol. Ferreá bistonii fregit præsepia regis:
Humanoq; feris saciatis sanguine dirum
Mandendum obiecit (sic dii uoluere) tyrannũ.
Gauisæ inferiis laceratæ immanibus umbræ.
Alex. Tradidit ille etiam medicas mortalibus artes:
Herbarumq; dedit succos nouisse salubres:
Scilicet ut possent homines producere uitam
Longius: & nonnunq; inuitis uiuere parcis.
Pol. Cerberon inuitum stygiis extorsit ab umbris

Alcides colubris horrentem & uellere tetro.
Fugit apollo tuus monstro stupefactus: & acres
Vertit equos subita latuit caligine mundus.

Alex. Q uod fuit: est & erit nouit diuinus apollo:
Ipse quoq; in dubiis haud uana oracula rebus
Poscit: hic tripodes clarii / hic delphica phœbas
Non incerta fide totum celebrata per orbem.

Pol. Terrigenas certare deis tirynthius ausos:
Et patrem superis frustra detrudere regnis
Marte suo letho dedit: o quid maius alexi
Q uam pugnare hominem pro libertate deorum?

Alex. Dat lucem phœbus terris: hinc sydera lumen
Accipiunt: hinc luna soror / conscendere diuum
Ausus equos nemo phœbi: quin dicitur olim
Hoc sine rectore ambustũ mare / terra / polusq;.

Pol. Non est herculeas numero comprẽdere laudes:
Q uid tibi cretensis tauri: & pastoris iberi
Exitium referam: hesperidumq; nitentia mala?
Dic age: uter maior / phœbusne an hyãti9 heros?

Alex. Q uis nescit polypheme hoiesq; deosq; potenti
Debere alcidæ? pariter quo uindice terræ
Et cœlum gaudet: nec.n. dignatur apollo
Vinci a uictore alcide: nec cedere turpe est.

Pol. Gaudeo: sic uiuam fœlix: q; iudice nullo
Alcide primas dedimus: quem sanctus adorat

Eridanus: fauniq; colunt: dryadesq; puellæ:
Sospite quo / semper tranquilla pace fruemur.

Alex. An quisquã alciden ausit postponere cuiquam?
An polypheme tibi dissentiat ullus in hac re?
Vade age / quo properas / sed si titane reuerso
Vna erimus: tum sacra deo: tum plura canemus.

AEGLOGARVM FINIS.

HERMICVS CAIADVS THOMAE VINTONIENSI PONTIFICI .S.

IX CREDO FVTVRVM / Q d
u mireris dignissime p̃sul / me quem nec
p̃sentia nec nomine cognoueris austũ
ad te uirum oibus disciplinis / sacerdo
tioq; eminentissimũ litteras dare: & eas quidem
plus temeritatis q̃ elegantiæ præ se ferentes. Nã
uirtutis tãta est uis: ut quos nũq̃ uidimus / nobis
cõciliet: & absentes mirifice amaf cogat: & hono
re plusq̃ humano psequi. Cũ igitur fama quæ ni/
hil in tenebris delitescere patitur: quæ mira uelo
citate omnia quantũcũq; longo distent interual/
lo patefacit: tuas; plærũq; laudũ aures meas ad/
monuisset: uisus sum mihi præter officiũ facere:
si pietatem erga te meã diutius in situ esse / cõten

derem. Roberto quoq; studiorum socio parum me debere hoc silentio profiterer: quæ ingratitudo propemodum inexpiabilis esset. Ille enim beneficiorum amplitudine effecit: ut suo nutu oia: sine suo consensu subeam nihil. Ille meis studiis dat molle otium: animumq; a curis extricat: ut nihil de lodice paranda admonitus aliqd emoliar: quod illi & ad uitæ honestatem: & ad eloquētiæ candorem emolumento sit: mihi uero gloriæ laborūq; leuamini. hoc unū nostri (ut ille inquit) summa laboris habet. Cæterum syluam hāc nostram dum maius quippiam parturimus: quod animum tuum publicis & priuatis negotiis fluctuantem quadā ueluti uicissitudine demulceat: componatq; / læta (ut aiunt) fronte excipias uerērāde Pater Britanniæ uestræ laudes in ea quā doq; deprehensurus: succinctamq; eorum commendationem: qui patriis sedibus relictis haud sine multis uitæ incommodis peregrinantur: ut bonis artibus eruditi ignorātiæ rubiginem propellant: & patriæ ornamentum afferant maximum. Vale Sacratissime Antistes Bononiæ. y. Idus aprilis. M.cccclxxxxvi.

SYLVA PRIMA.

HERMICI CAIADI LVSITANI SYLVA PRIMA CVI TITVLVS EST BRITANNIAE SVPER COENAM PRONVNCIATA.

VI CVPIT EXIGVIS MAq gnas simulare tabellis
VRBES: ET LATVM LONgis anfractibus orbem/
Rem penitus nullo complēdam limite grandi
Est opus ingenio: quali memoratus apelles
Dicitur: aut quali zeusim fert fama fuisse.
Q uod si contigerit: uix digne cœpta sequetur
Mortalis: faueant quantū uis numina diuum.
Nam quis cum terris cœlum: quis nerea paruo
In spacio finget: syluas cum montibus altas
Et uarios populos: limosaq; flumina si uult
Seruato rerum comprendere dextra nitore?
Astraq; quis poterit cœlo fulgentia latet
Signaq; phœbeos pictor bissena labores:
Et neptunus alit quæ monstra tridentifer alto/
Ponere: in exiguo si ponere margine detur?
Nō minus hoc regum præclara poemate dicam
Gesta britannorum: aut quantas euerterit urbes
Insula: quæ magni nomen sibi uendicat orbis.

Aut quot deuictis tulerit gens illa triumphos
Hostibus.illa quidem(conuertite parcius aures/
Si uestræ tenui minuuntur carmine laudes:
Nõ crescũt/qs.n.est adeo tibi phœbe ppinquus
Quis tam calliopes sacro confisus honori/
Audeat ut solo tot gesta uolumine regum
Promere:& insignes notam per sæcula gentem
Laudibus/& dignis numeris efferre britannos!)
Diues opũ / & cunctis charæ gens prodiga uitæ/
Impatiensq; moræ subito concurrere ferro
Gaudet:& incertum propero certamine martem
Explorare lubet: finemq; imponere bello/
Tantus laudis amor:regnandi tanta cupido est.
Non uiget hæc armis tantum:sed moribus:atq;
Consilio/colitur pariter cum pallade mauors.
Vos patriæ leges fertis:uos sacra quirini
Iura/quibus populi uitam ratione gubernent.
Vos regi:uos sceptra datis/compescitis iras
Vos hominum:insidias arcetis & improba facta.
Indomitum multa quod uulgus pace recũmbat:
Quod pmat Henricus gẽtes ditione superbas:
Molliat atq; animos nutu:quod temperat ingẽs
Imperium:& rerum solus quod tractet habenas:
Vestrum opus.hoc uobis princeps debere fatẽ
Magnanimus/facti largissima præmia testes.

Sed quæ (dii magni) tot digna laboribus esse
Præmia tãta queũt:meritis quæ digna dabuntur
Munera (quis falsos legum dum soluitis omnes
Sanctarum nodos iurisq; enigmata sacri
Pensetis rores: mediaq; in nocte lucernæ
Ex cubias uigilis/somnoq; uidentis ocellos
Sæpe graues:simul & capitis nutare cacũmen.
Prætereo tumidi q̃ sæua pericula fluctus
Pertulerit:nauem huc illuc iactantibus austris
Quisquis in italiam uenit mansurus athenis
Felsineis/urbis compulsus nomine doctæ.
Et quot terra metus uenientibus undiq; uobis
Obiiciat/narrare labor:quot frigora/quotq;
Ventos/quotq; niues seruent in mõtibus alpes.
Et tamen accendit moribundas spes bona uires/
Et leuiora facit rerum discrimina semper/
Nam fasces regni/& magnos promittit honores:
Haud secus oceani subnixo corde refluxus
Mercator tolerat/puppim dum cernit onustam
Mercibus/unde malũ spernat / qd tristis egestas
In rebus duris miseris mortalibus affert.
Si Roberte manent meritis te præmi adigna/
Et si quid superos pietas mouet integra: frontem
Ecce tibi uideo rubro fulgere thyara.

Nescio quid maius mentis præsagia uoluant:
Sed certe uoluunt mentis præsagia maius.
Vates numen habet: nec sit sine numine uates,
Impetus est ollis: & rerum maximus usus:
Atq; animos uersant diuinæ semina mentis:
Q d' bona posteritas damnetue: pbetue: Poetæ
Describunt: mores hinc: hinc exempla petuntur.
Admouet & stiulos nobis quoq; magn9 apollo:
Interdumq; mihi calamos pan tradit agrestes:
Et pinu redimit caput: & dat scire futura.
Q uo magis his adhibete fidē: nec credite uana
Carmina: quæ bacho promunt agitante poetæ.
Q uisquis eris nostram quamcūq; tuebere laus:
Lantone p̄sidium nostræ & spes firma camœnæ:
Maiori q̄ nostra petant: fulcire columna
Tecta potes: nixus non sunt mea robora tanti.
Tu mihi liuoris dederis contemnere morsus:
Latratusq; canum: & falsæ mendacia linguæ.
Ante suum terras quo lustrat ab æthere phœbus
Perdiderit lumen stygiis tenebrosior undis:
Ante iouis fulmen mortalis dextra per auras
Vibrabit metuendum sontibus: ante maronem
Cui romana dedit merito facundia palmam:
Barbarus alusono superabit carmine pastor:

Ante senex ferula tremulos qui sustinet artus:
Robore nodoso alcidæ spolioq; leonis
Aetneos fratres prosternet: & oppida multa:
Q uam laudesue tuas unq̄: nomenue silere
Sustineam: dum uita mihi: dum spiritus extet:
Aut q̄ pontificis desistat gloria Thomæ
Attollit: faueat modo uel pythonis apollo
Victor: & arcitenens: fautorq; paterq; canētum:
Vel quæ uirgineis manantes fontibus undas:
Indigenasq; colunt rupes: montemq; sonorum.

HERMICVS CAIADVS LVSITANVS BENEDICTO BARBATIAE MAGNI BARBATIAE FILIO. .S.

RATIONEM, Q VAE PEDIbus: numerisq; constat, Benedicte doctissime, soluta priorem nõ ignoras. Primus Pherecides pertesus (ut suspicari lubet:) dicendi limites arctiores, liberius euagari ausus est: cum uideret poetis non licere esse tam disertis. Q uippe qui etsi cum oratoribus commune habent: ut & sententiarum pondere scateant: & singula quæq; copiose, simul & ornate dicant: eo tamen plane differunt, q, & legibus seuerioribus tenentur: & in his angustiis hærent interdum: ut uix pedem proferre liceat. Ego uero uisus sum mihi facturus operæ precium: si ueterem morem (quod & quidam nostræ ætatis homines factitarunt:) obsoletum iampridem a tenebris in lucem assererem, quod sane opus agressus sum te maxime hortante: qui facile speraßti fore: ut nihil non cum dignitate dicerem etiam ligatus, & compeditus. Fefellit te nõ iudicium, quod integrum tibi est, & aristarcho dignum: sed magis amor in me tuus: cui plus fortasse q̃ decuit: indulsisti. Illud mihi saltem profuerit: frontem perfricui: callum obduxi: Ronchos nihil moror. Democritus alias Iquosdam fui iã mihi par pari relaturos. Q uidquid id est, quod coactus abs te persolui pietatis scilicet erga te nostræ testimonium dedico tibi uiro imprimis studiosissimo, & illustrissimi Bentiuoli cuius laudes delibaui, cõsanguinitate propiquo. Deprendes certe ex hoc munusculo, & quanti a me fias, & quantum abs te coli, & amari existimem Bentiuolum principem tuum, cuius præclara gesta decantari cupis a uiris facundissimus: qualem esse me, tibi falso persuades. Vale Bononiæ idibus Maii. M.cccxcvii.

HERMICI CAIADI LVSITANI SYLVA SECVNDA AD TRIBVNOS PLEBIS BONONIAE PRO ROSTRIS PRONVNCIATA.

VID TIBI? QVID MECVM
q est? quo me Tymbræe per auras
HVC ILLVC VACVAS rap
tas? gyroq; uolutas
Insanum? quo nam iste furor? mentēq; animūq;
Præcipitem trahit? en uideo mihi serta: fidemq;
Ipse deus, deus ipse manu dat, & increpat ultro
Cunctantem, oblitumq; mei, castigat, & arcet
Vsq; moras, cerno armatos instare tribunos
Plebis, & ingentē populi gestire coronam
Nescio qd, linguisq; animisq; fauete, sequemur
Iussa dei: nec enim diuos contemnere tutum.
Postq̄ Romana reges furor impius urbe
Expulit: & uenerem Lucretia passa nefandam
Perfodit gladio pectus miseranda pudicum:
Et sese castis per uulnera miscuit umbris,
Aurea libertas populo iuga sæua superbi
Iamdudum passo assueta ceruice tyranni
Fulsit: & afflicta sedem sibi fixit i urbe.

Errat inops regis frustra subnixus hetrusci
Auxilio phrygia quondam dominatus in arce
Tarquinius, discitq; pati mala mutua pulsus,
Soluit & inferias uiolatæ uirginis umbris.
Quis furor exagitat reges? quæ cæca uoluptas
Vrit corda ducum rebus tumefacta secundis?
Vt qua ducit eant sine freno dira libido,
Immemores æqui: & diuis post terga relictis.
Instabile est regnum, iuris si cura recessit.
Vrget enim miseros immensa licentia duri
Principis: inuitosq; monet per tela salutem
Quærere: & armatos sese mucrone tueri.
Sic sonipes nimio pressus sub pondere currus,
Atq; uiæ longæ impatiēs, quem puluere fessum
Automedon icutica & magno clamore fatigat
Seuit iam domini pertesus: & improba sæpe
Verberat colla iugo largo sudore madenti
Eripit: & sessorem ipsum deturbat ab axe,
Quid faciēt homines: stimulat quos gloria saltē
Maiorum? audebunt quæcunq; subire pericla:
Maluerintq; mori pulchre, q̄ turpiter auras
Carpere uitales sub sceptro regis iniquo.
Dic age musa precor quonam rectore gradiui
Gens uixit? potuit sine principe tuta manere?
Cum uideas aliquo mundum sub fasce moueri:

Quo sine terratum ruerent & pondera cœli?
Omnes esse sui cœperunt iuris: abitq;
Ille metus, linguisq; data est quæcunq; loquendi
Libertas: culpare truci sera facta tyranni
Vnanimes pergunt, tutari & mœnia ferro.
Sed ne cui patrare nefas impune liceret,
Qui regat imperium, qui rerũ tractet habenas,
Roma magistratum, iam libera roma creauit:
Instituitq; duos, æquo qui munere curas
Consocient regni, patrumq; exempla secuti
Consilio patriam seruent: & iura subactis
Dent populis, cœpto perstat dũ phœbus in orbe:
Cõsulibusq; dedit nomen: dominiq; perosa est
Aeternum uocem, régum haud oblita priorum.
Nec deus inceptis qui temperat omnia nutu
Abfuit exiguis: nec adhuc constantibus ausis.
E cœlo in terras antiquaq; regna redire
Iusticiam iussit: pietas hanc deinde secuta est:
Quas coluere deas Romani ante omnia patres:
Firmius esse rati imperium, æternumq; futurũ,
Intra dum tales habitarent moenia diuæ.
Quid memorem iustos natorũ sanguine patres
Commaculasse manus: cum libertatis amore
Pignora chara dedit letho sua uiscera Roma?
Nam bona pars iuuenum meliore ex gẽte libido

Effrenis quorum fuerat, dum regna manebant
Tarquinii, ritu solitos se uiuere regum
Dum repetunt animo: uitam moresq; priores
Sanctas: haud passi imperio subcumbere legũ,
Quæ sontes grauiter nullo discrimine plectunt:
Et precibus claudunt aures: ueniamq; recusant
Indulgere: licet meritis sis fultus auitis:
Innumeroq; auro uincas crœsumq; mydamq;.
Adde quod æqueui iuuenilia corda mouebant:
Cum quibus a primis ætas accreuerat annis.
Hos extra patriosq; lares, regnumq; fugatos
In patriam reuocare parant: quo tempore titan
Oceano dimittit equos: atq; ignea toto
Astra micãt cœlo: & terras complectitur umbra.
Consensus igitur diri iam littera testis
Pernicie iuuenum calamo, digitisq; notatur,
Promittitq; aditum somno clam nocte sepultis
Ciuibus, utq; simul ueniant hortatur, & instat.
Heu quantum populi patrumq; cruoris in illis
Cernere erat tabulis: propius nisi fama fuisset:
Quæ res e tenebris tantas emisit apertam
In lucem: fidumq; suo tunc numine seruum
Afflauit, linguæq; dedit nescire tacere,
Pollicita ob factum uindictæ nobile nomen:
Quod postremi ẽt memorẽtq; colãtq; nepotes,

Consilium infandum uigilantis cura senatus
Dissimulat notũ sibi: ne quid in urbe tumultus
Esset: & extinxit subitis humoribus ignes
Iam iam Romuleæ populantes culmina molis.
Dant facti pœnas iuuenes spectacula uulgi/
Lictores uirgas ultrices/ deinde secures
Expediunt: animasq; truces sub tartara mittunt.
Spargitur & fato sanguis damnatus eodem
Consulis alterius: patriæ qui cõmoda mauult
Conseruare suæ/ propriis q̃ parcere natis.
Ignaræ iuuenum mentes: facilesq; moueri/
Vt nutant tenui frondes in robore uento.
Q uosnã operũ fructus? sceleris quæ p̃mia tanti
Sperastis? tali ne fide per sæcula nomen
Q uæritur infernæ superans obliuia lethes?
Seruitio patriam antiquam: populumq; cruenta
Cædes: & flagranti maiorum tecta ruina/
Consulis eripuit pietas notissima bruti.
Hos bona posteritas gaudet memorare/ situq;
Vendicat: & clara tollit super æthera uoce.
Non ideo penitus restincta est pestis in urbe
Orbis regina quondam/ multosq; per annos
Imperio & terras late/ pontumq; tenenti.
Nobilium sed enim non æqua potentia plæbem
Vexabat/ quando miseros qui deprimat usq̃

Defuit? usq; adeo se infrena superbia tollit/
Insultans uulgi capiti/ turbæq; minori.
Q uare agite o ciues/ tuq; o sanctissime p̃sul/
Vosq; omnes audite uiri: quos felsina tanto
E numero populi fœlix sortita creauit
Tutores humilis plebis: legumq; ministros:
Expediam paucis sacri primordia honoris.
Principis a prima repetamus origine gentis
Autorem/ casusq; suos: patriæq; ruinas:
Cuncta cupidineos arcus/ uenerẽq; prophanam
Sollicitasse liquet: causasq; fuisse malorum.
Arserunt luteo uulcano mœnia troiæ.
Venit in italiam per tot discrimina rerum
Dux anchisiades genitricis crimine/ & altæ
Inclyta progenies fundauit moenia Romæ.
Principio euentus foeliciores inde potentis
Orbem terrarum populi fortuna subegit
Iura pati: quæcũq; darent uictricia sceptra/
Et nisi tarquinii scelerata libido fuisset
Ipsaq; Roma diu regum iuga foeda tulisset:
Nec bruto pietas tam clarum nomen in orbe
Egregium ob facinus natorũ in morte dedisset.
Q uis tam firma dedit Romanis iura tribunis?
Nempe uenus/ patriaq; manu Virginia campis
Helysiis demissa/ grauis ne iniuria: & ingens

Dedecus in feros descenderet usq; nepotes.
Scilicet hinc rabies populi & discordia maior.
Appius ardenter forma præstante puellam
Plebeam pulchra sed uirginitate decoram
Deperit: & misere duro uexatur amore:
Cui nulla ratione potest: nec legibus ullis
O huius ire: nefas animo quodcũq; minatus:
Dum uotis parere suis: uetitoq; potiri
Fata darent: tantos nutribat corde furores.
Q uid referã insomnes noctes: qd nomen i ore
Virginis assiduum: uersant incendia mentem:
Oblitumq; sui reddunt: uruntq; medullas
Admissæ flammæ: totoq; in pectore perstant.
Cedere iura sibi: diuum qui corda fatigat
Fecit amor dominus ferus: implacabilis: acer.
Eumenidum potius furiis: & sulphure tetro
Inflammata putem præcordia: nãq; hymenæos
Soluere tentauit: fœdusq; & uincula demens
Cõnubii sacri: socioq; auertere lecto
Corpora consensu dudum iungenda paterno.
Mote ruit pecudum rapiturq; cupidine cæca
Appius in fœdos contra rectumq; piumq;
Concubitus: possunt corrumpere nulla pudorẽ
Munera uirgineum: uirtus quid munera curat?
Ille tamen ueneris stimulis agitatus iniquæ

Aestuat: ut magnis clausus fornacibus ætnæ.
Optataq; frui melius quo uirgine detur:
Armat inaudita submissum fraude clientem:
Q ui se dilectæ simulet dominum esse puellæ:
Subtractamq; olim furto: ceu fabula turpem
Obtegat accitis nixum: culpamq; tenebris.
Q uã male dissimulas: qs .n. nõ crederet agnam
Velle lupo inocuam te commisisse rapaci?
Nil agis infœlix appi: cassumq; laboras:
Exemploq; tuo leges uiolare timebit:
Q uisquis rem populi tractat: populiq; salubri
Iusticia curuos debet componere mores.
Ha saltẽ genitor quod sumpserat arma puellæ:
Q uis patriæ fines: regnumq; extenderet ultra
Tunc absens: inter uersatus funera mille:
Esse domum tutam sineres: & labe carentem.
Triste humeris asportat onus (miserabile uisu:)
Traiectam ferro natam uirginius illo:
Q uo ruerat charæ patriæ metuendus in hostes:
Restitit haud aliter diri conatibus appi
Infœlix pater: O hominum sator atq; deorum
Iuppiter: O mauors Romanæ conditor urbis:
Vsq; adeo ne gradu lento uindicta suprema
Supplicium tanto dignum de crimine sumit?
Debuit artificem sceleris sorbere repente

Flumine uirginei tellus perfusa cruoris.
Circunfusa ruit magno iustoq; tumultu/
Et rursum a patribus secessit concita plebes.
At uero tenebras latebrosi carceris intrat
Ille/domum plebis quas appellare solebat
Impius:hic faciles ruperunt stamina parcæ/
Stamina:quæ multos annos ducenda fuissent.
Virginis ulta necem:ualidissima iura tribunis
Impetrat a tristi plebes Romana senatu
Nequicq̃ ad patrios aliter reditura penates.
Hic honor ætatem nostram durauit ad usq;
Magnanimi ciues:& erit ubi felsina semper.
Hunc gerite auspiciis pariter fœlicibus omnes:
Et patriæ seruate decus/ seruate parentem:
Q uorum quod breuiter tẽtẽ percurrere laudes/
Vatis opus magni:& longis memorabile sæclis
Parcite mirari/ & bibulas date uersibus aures.
Nã me uester amor/pietasq; ĩsignis in urbem
Musarum altricem rupisse silentia fecit.
Vrbs hæc quam colitis/muro uenerãda uetusto:
Dum fuerint homines/fuerint dũ sidera: & alto
Neptunnus pascet nitidos in gurgite pisces/
Aeternum latio seruabit felsina nomen:
Felsina/temporibus ueterum non indiga laudis:
Temporibus nostris alienæ haud inuida famæ.

Notaq; semper erunt fortissima gesta suorum/
Deuictiq; hostes/ duriq; incommoda martis/
Q uæ narrare potest nemo: licet undiq; linguis
Circunseptus agat tot:quot ceruicibus hydra
Herculis erumnas auxit per uulnera centum
Effugiens lethi fatum stygiamq; paludem.
Troius anchisa genitus:cum bella pararet
Riualem in turnum/non hinc inuicta recepit
Arma/uirosq; / quibus furibũdũ cõminus hostẽ
Funderet:& chara poteretur coniuge solus?
Nonne laboranti succurit felsina romæ:
Cum latios uastaret agros/multisq; ruinis
Annibal italiam rueret/ceu fulmen in arua
Saturni missus phrygios abolere nepotes?
Hentius/hæc etiam mutinensis uera fatentur:
A quo suppetias quondam/ auxiliariaq; arma
Rebus in extremis uicina petisse coegit
Felsina marticolum semper fœcunda uirorum/)
Rex atauis clarus/ durisq; timendus in armis/
Haud peul hinc capit magno certamine uictq.
Sed nullæ fregere preces pretiumue/ minæue
Victores animos/ sinerent in regna redire
Cæsaris incolumẽ natum:huic & corsica diues
Soli parebas/& gens sardoa tyranno.
Exuuiis cuius nunc prisca bononia gaudet.

Auratus tumulus/præruptaq; marmora seruant
Sacratos regis cineres/atq; ossa sepulti.
Prætereo uenetos/uestræ qui robora classis
Experti placidæ iunxerunt fœdera pacis,
Adryaci testes fluctus/ac littora ponti/
Quæ uestræ legere rates prohibentibus illis.
Non ego felsineos ueni narrare triumphos/
Quippe nimis longum rerũ monumẽta referre:
Quas uestri gessere patres/terraq;/mariq;.
Anceps mars quandoq; uenit:uictoria eodem
Nescit stare loco/dubiisq; per aera pennis
Nunc hæc castra petit/uario nunc illa uolatu.
Quo circa passos clades non abnego/semper
Quis populꝰ uictor/nec mauors uulneris expꝰ
Mansit apud troiæ muros:quin iuppiter ipse
Prælia sæuorum fertur fugisse gygantum.
Corda tamen nullo superati turbine belli
Vestri maiores adamantina tecta uoraces
Quamuis corripiant flammæ/Rhenusq; recẽti
Sanguine finitimos calfactus compleat agros.
Quid populũ inumeꝫ: loq̃r/aruaq; ditia frugũ?
Læta quibus longe concedunt gargara/messor
Quamuis miretur cereris parcissima dona:
Aestus siquando/aut pluuiæ nocuere colonis.
Addeq; altiloquis gaudebat pallas athenis:

Sortilegis pulcher delphis gaudebat apollo:
Numina felsineos hæc iam coluere penates:
Transtulerũtq; suas simul/noua mœnia sedes:
Vrbis amore capi nimio quo constet/in uno
Sic modo quæ fuerant latum digesta per orbẽ:
Posse manere loco didicerunt numina cœli.
Hic regnant leges:loquitur facundia:causas
Rerum hic sublimes animi nouere latentes.
Nec te Bentiuolæ Princeps clarissime gentis/
Quo magis haud ullo se felsina iactat alumno/
Corporis atq; animi dotum sine parte relinquã,
Qualis pelides iuuenis per thessala tempe
Incedit pulchro spectandus corpore:& omnem
Vertice faunorum turbam supereminet alto/
Cui matutino siccauit sole capillos
Nereidum ductos uitreo sub pectine mater/
Talem felsineus populus miratur euntem
Insigni forma patriæ patremq;/ducemq;/
Quam non ulla dies/non ullũ tempus ademit/
Quamuis lustra uiro iam dena peregerit ætas
Mitior:& serpat meritis uenerandа senectus.
Quod uos illustres ciues fortissima bello
Pectora/gallorum incolumes dimiserit ille
Impetus excidium latio/finemq; minatus/
Principis huius opus:cuius prudentia fecit:

Barbara ne uestros uastarent agmina campos
Diriperentq; urbem ferro/puerosq; necarent:
Et quæ multa hosti indulget fortuna superbo.
Infœlix italas discordia concutit urbes
Semper in arma uocans populos ciuilia:semper
Terrificis quatiens sublimia tecta ruinis.
Sanguinolenta comas/centũq; accincta cerastis
Irritat miseros ciues/ac prouocat ultro.
Q uæ magis hac olim q̃ uestra Bononia peste
Vrbs uexabatur? quæ tanta incendia? quæue
Tot mortes miseranda uirũ? tot passa tumultus?
Q uot syllas / mariosue tulit? quot uulnera gracchi
Felsinei patriæ inflixere? fugata recessit
Thisiphone / doctam iam nullus territat urbem
Anguis:concordes animos pax mutua uincit:
Q ualem saturnus latio intulit impia nati
Arma senex fugiens/solioq; expulsus auito.
Bentiuolo hoc patri ciues debetis:ab illo
Parta quies urbi: libertasq; ipsa reducta est
Antiquam in sedem/uelata ubi murice & auro
Vnanimem seruat populum nil triste timentem
Seruitium:turpesue notas:incussaue flagra.
Q uid referam auratis celsas laquearibus ædes?
Turritasq; arces? quid templa immania diuum?
Porrectasq; uias passim? anfractusq; recisos?

En ueluti coluber antiqua Bononia gaudet
Induuiis uestita nouis:pulsaq; senecta
Attollit lætata humeros: miratur ab esse
Et fronti rugas/& circum tempora canos.
Sic Aeson ueteris repetito floræ iuuentæ
Amissas olim uires:robustaq; membra
Miratur rediisse sibi:uix credulus unq̃
Cholchida thessalicis tantum potuisse uenenis.
Hoc ductore fauent laribus pia numina uestris/
Incolumi hoc uentos/tempestatesq; minaces:
Atq; indignato surgentes æquore fluctus
Aequo animo tolerare licet: retinacula puppem
Fida tenent:gremio portus complectitur alnum
Præruptis septos scopulis / tutoq; recessu.
Hunc uobis cõmendo ducem/prolemq; secũdis
Susceptam omnibus nullo ne tempore sanguis
Bentiuolus lætæ patriæ moderetur habenas.
Iusq; tribunitium retinete/decusq; tuendæ
Libertatis: & exiguæ subcurrite plebi/
Nec sinite infirmas pecudes atrocibus usq̃
Esse lupis prædam: late custode sine ullo
Innocui sæuis errent cum tigribus agni.

HERMICVS CAIADVS RENERIO IACOBELLO SVO.S.

P VLCHERRIMAM INDOLE filiorum tuorum quos ex pudicissima Elisa uxore tua suscepisti Renerí suauissime/oscitantes & quasi aliud agentes paucis hisce exametris expressimus/ facturi rem gratam tibi/qui pueros alis te ore referentes/ & aliquando moribus/ingenio/facundia/repræsentaturos. Fabianum præceptorem/ quo ductore & auspice digna patre iam conanté filii/cõmẽdo tibi iuuenẽ me hercle tibi sumope addictũ/& litteris/& animi plærisq; dotibus præclarum. Vale & uersiculos ipsos perlege. Ferrariæ idibus Ianuarii.M.D.I.

SYLVA TERTIA

HERMICI CAIADI LVSITANI DE INDOLE QVATTVOR FRATRVM SYLVA TERTIA

a ETATEM TENERAM PVerorum quattor ardet
EVEHERE IN Cœlum pæan/ præsagia mentem
Certa mouent uatis/ quis.n.puerilibus annis
Ingenium uehemens non demiretur/& acre
Iudicium/fandiq; modum/coelestia credas
Pignora/uel saltem aoniis nutrita sub antris.
Singula qd memorẽ/ facies pulcherrima gratos
Visenti reddit/possent delphinas ab alto
In flammas trahere/atq; ipsam placare nouercã
Si quam fata darẽt/pcul/o pcul omina funto.
Viuet Elisa pio longum coniuncta marito
Haud cybele inferior: centum circundata natis
Omnibus ingenio claris/& stirpe parentum.
Qui minimus martem spirat: de fortibus armis
Semper agit:conceptaq; bella retractat: & ultro
Scuta crepat/galeasq; truces/ Venetisq; minatẽ
Excidium/ patriæq; decus. sic paruus ad aras
Iurauit fatale odium/ mox foedera rupit.
Vltor: & ausoniam uexauit amilcare cretus.

Talis erat ſtygio quem lauit in æquore mater
Sollicita: occuluitq; diu ſub uirginis ore.
Talis & in cunis geminos qui protinus angues
Eliſit ſedato animo / uultuq; ſereno
Irreptans/factum diis admirantibus ipſis.
Iane tuum nomen celebrant myconeſq;/getæq;
Atq; hœmũ quicũq; colunt/rhodopenq; niualẽ/
Scilicet & magni dicunt te Martis alumnum/
Hiſq; locis genitũ gaudent/quibus arduus olim
Præſidet armos/ rector/iamq; indole in ipſa
Inclyta geſta uident.pueq; hunc educite in armis
Auſonii reges moneo/iam claſſica diſcat:
Dum puer eſt /ſomnoſq; leues/durũq; laborem/
Et triſtes ſine ſole dies:& frigora:& æſtus:
Obſeſſamq; famem : tormentorumq; ruinas.
Priſca rudimentis creſcentes talibus annos
Tempora fingebant / uix incunabula natæ
Caſtra dabant ſoboli:eadẽ nunc ſidera:& iidem
Stellarum & cœli motus:modo cura eadem ſit:
Nec diſpar ſtudiũ/Mantoum noſtra gradiuum
Sæcla tulere/ducemq; illum/Ferraria cuius
Læta colit numen : cuiuſq; a ſtirpe nepotes
Iura dubunt populis:uitreo quos Mincius amne
Alluit:Eridanuſq;/& parui flumina Rheni.
Quid loquar oceani dominũ /quẽ territus atlas:

Heſperidumq; timent horti iam bella parãtem
Horridariãq; hoſtes quatientẽ fulmine mauros.
Affuit enixæ uocitata bis ante parenti
Lucina:utq; auras uitalis luminis hauſit
Nicoleos/riſum pro uagitu ædidit infans/
Diſſimilis fratri frater / nam pacis alumnus
Tutatorq; oti patrii/placidæq; quietis/
(Afflato ſi uera datur prædicere uati:)
Belligerum docta damnabit pallade martem.
Macte animi uirtute puer/ſanctaq; piorum
Relligione:fideq; bona / famaq; parentum.
In puero agnoſcas uirtutis certa futuræ
Signa:putes ipſum coram ſpectare catonem
Prætexta indutum tyria:quo tempore ſæuum
Fœlicemq; ſibi ſyllam obtruncare parabat
Libertatem auſus ſerui inſtaurare ſenatus.
Aut qualem obſtupuit conſtanti mente latinus
Princeps/propoſiti magni/cœptiq; tenacem.
Proximus a primo cecidit de matre Philippus:
Albaq; duxerunt fatales fila ſorores:
Et uolucres placidos fudere per aera cantus:
Demiſſum ætherio dum guſtant nectar olympo.
Ipſa parens rerum uultum natura decorum
Induit:& laudauit opus quod ſedula fecit.
Sic ſua laurigeri commendant carmina uates:

Applauduntq; sibi: sic pictor imagine captus
Viuere quam credas: dextramq; extollit: & artēt
Vsq; adeo quod quisq; facit: miratur / amatq;.
Pierides lætas choreas duxere puellæ
Vertice parnasi summo: nec defuit illis
Conspicuus cithara/ pharetraq; insignis apollo.
Hunc aliud studium trahet: & diuersa uoluptas/
Nā neq; rem populi tractaremeq; arma iuuabit/
Carmina phoebeo modulabitur aurea plectro/
Seu uolet heroum laudes / & sacra deorum
Dicere/ seu magno passim fulgentia mundo
Sideraq; lucisq; uices: noctemq; soporam
Threiciis fidibus canere: & testudine adunca/
Cadmæam qualis muro circumdedit urbem.
Deprendit nuper puerum inter saxa: ferasq;
Calliopea linum rata/ festinare uideres
Ad iuuenem Diuam uocis dulcedine captam/
Non linus ille: philippus erat/ gauisaq; falli
Obstupuit decepta dea/ amplexataq; uatem est
Arctius: & roseis fixit mox oscula labris/
Atq; apio dignos ornauit apolline crines/
Et calamos dedit/ alcidæ quibus atdua quondā
Gesta ducis magni memoret / mēoretq; nepotes
Præscius/ & dulci tollat super æthera cantu.
Extrema superest Seraphinus laude canendus

Egregia uirtute puer: quo sospite uiuent
Fœlices pater/ & mater/ si quidem omnis in illo
Spes sita/ primus aui donabit nomine patrem/
Idem qui patris donauit nomine primus.
Orabit causas/ genitorem imitabitur ipsum
Omnibus in rebus: quo non præstantior alter
Eloquio/ pietate/ fide/ uestigia cuius
Sectatus discet leges/ sacrataq; iura
Pontificū/ ut patrix doctus moderetur habenas:
Alcidæ si quando geret gemmantia sceptra.
Vix positum in cunis circum mussare uideres
Nectar apes ori instillantes/ territa nutrix
Prodigium matri: mox patri nuncia/ ollis
Ingens lætitia exoritur/ lachrimæq; per ora
Torrentis de more fluunt/ tēdunt q; supinas
Ad cœlum cum uoce manus: utq; omina firmēt
Suppliciter superos orant: puerumq; reuisunt
Ore renidētem pulchro: & iam pene loquentem.
Viuite grata deis proles/ Seraphine/ Philippe/
Nicoleos/ lane/ atq; æuum diffundite in omne
Indole/ & insigni clari pietate parentis
Laudatū nomen / numeris quod sæcula nostris
Vltima adoratum discent/ quaq; alluit indos
Ganges/ quaq; tagus nitido fluit aureus alueo.

SYLVARVM FINIS.

EPIGRAMMATON LIBR. I.
HERMICI CAIADI LVSITANI EPIGRAMMATON AD LODOVICVM TESSIRAM EQVITEM LVSITANVM LIBER PRIMVS.

AD LIBRVM.

IXI SAEPIVS O LIBELLe tutum
d NE LIMEN PROPERES parentis extra
Prodire: haud temere tibi uagãdũ est.
Ronchis excipieris & cachinnis
Vulgitam cito si cupis uagari.
Sed iam lima tibi: & litura sordes
Offendi breuibus notis recusas:
Atq; intacta magis placet tabella:
Et tantum cure uis decorus ire.
Nescis quid facias miselle nescis:
Dum plausus stolida aucuparis aure:

Squalloremq; fugis situmq; nidi
Quos risus populo mouebis & quæ
Vulgo sibila quot manus asselli
Fingent auriculas ciconiæq;
Rostrum quot sitient canes quot hinc &
Illinc murmura q̃ frequens susurrus
Cogeris tenebras sequi trucesq;
Blattas puluere sordidus fouere.
Nequicquam moneo liber recedis:
Cum surdis loquimur mane o libelle
Vel si pergere uis: nec hic morari
Saltem dum asparagi leues coquantur
Postremum hoc memori reconde mente
Nostrum consilium patronus esto
Tessira ille meus decusq; honorq; &
Spes & præsidium unicum suorum:
Quo nil splendidius nitentiusue
Lusitania nostra procreauit
Qui primus patriam loqui latine
Et nostrum genus esse de latinis
Monstrauit lepida locutione
Qui nostras bene callet & pelasgas
Musas iuraq; cæsarum reuoluit
Bis ter uindice quo nihil timebis.
I nunc tutior ibis o libelle.

AD CVPIDINEM.

In uarias superi se mutauere figuras:
Terrigenum premeret cum furor & superos.
Scire cupido uelim qua tu sub imagine tectus
Fugeris hostiles insidiose manus.
Possedi semper pharetramq; arcumq; sonãtem:
Imperium in nostrum non locus inuidiæ est.
Regna iouis potuere feri affectare gygantes:
Non mea qui magno uel ioue maior eram.

AD HEMANVELEM REGEM.

Hesperiæ Rex magne decus quo præside uirtus
E cœlo in terras conciliata uenit.
Maiorum superas clarissima facta tuorum:
Aurea te redeunt principe sæcla iterum.
Nigros usq; tuum nomen penetrauit ad indos:
Vela tua oceanus ferq; referq; pater.
Extremiq; tuis parent confinia mundi
Legibus es Regum maximus Hemanuel.

AD PETRVM AEGIPTANIENSEM PONTIFICEM.

Ingenium pietas grauitas facundia iustum
Sunt animi dotes inclyte Petre tui.
Hæc bona tempus edit nũq; nec mulciber urit:
Fortunæ pendent cætera ab arbitrio.
Fœlix o princeps fœlix ter & amplius ille

Qui te consiliis admouet usq; suis.
Hinc tot palladia populi sub pace recumbunt:
Et crescunt regis sceptra beata mei.
Quam bene cœlestis tibi sese crederet aula:
Quam bene pro christo iura uerenda dares.
Certa mouent uatem præsagia / cerno rubere
Murice sidonio tempora sacra tibi.
Quid qd conspicuus triplici diademate fulges?
Sic erit: & faciet omen apollo ratum.

AD NONIVM CAIADVM.

Discere me cogis Noni ciuilia iura:
Et donare iubes iam mea plectra rude.
Dulcia quis trucibus permutat carmina rixis?
Quis præfert nostris iurgia rauca iocis?
Sunt leges lachrymæ: questus periuria: lites:
Inuetitumq; nefas: implicitiq; doli.
Quis sordes æquis oculis spectare reorum/
Quis fletus duro pectore ferre potest?
Men nugas audire fori mendacia suanis
Men præbere aures causidicis faciles?
Vt iuuat historias ueterum monumẽta uirorum
Perlegere: & mores inspicere inde hominum.
Quid referam arcana sensus in nube latentes?
Quid referã obstrusis mystica sacra modis?
Adde & conuexi clarissima lumina mundi:

Et rerum causas: noticiamq; deum.
Hæc ego pactolũ si quis mihi tradat / & hermũt
Non uendã/est cũctis uitaq; morsq; eadem.
Quod si diuitiis opus est / fuluoq; metallo/
Esse inopes musas: non patiere mihi.
Tecta ducum subeant alii: procerumq; penates:
Tu mihi pro cunctis regibus esse potes.

DE RECTORE BONONIENSI.

Forte uenus cypri sese referebat ad oras:
Lustrata ausonia/Bentiuolaq; domo/
Obstrepere æriſonis sensit clangoribus urbem
Fessineam: quæ sit causa/rogatq; & habet.
Tum uenus/hoc rector sit muneris: ardeat iquit/
Ignibus efflictim quæq; puella tuis.

EX GRAECO SENTENTIA.

Prœlia ceruorum pluris ductore leone:
Quam leo quæ ceruo sub duce bella gerit.

AD RECTOREM BONONIENSEM.

Quãtus honos fuerit tibi/quãtaq; gloria rector:
Et quantis te omnes laudibus extulerint.
Hinc nouisse potes/nemo non lætus abiuit:
Nemo non fartus/nemoq; non titubans.
Cantauere omnes bacchum / baccheaq; sacra:
Bentiuolus Galeax ebrius ipse fuit.
Ipse loquebar ego centum tum denique linguis:

Et cecini ſubito carmina mille pede.

AD ALBERTVM TASSINVM.

Exiguis ualidam committere fluctibus alnum
Securiq; times ſidera certa poli.
Eſt taſſine ratis tua/quam nec ſæuus orion/
Nec turbent hyades/nec pluuiale pecus.
Q uod ſi forte maris uiolentior ingruat ira:
Et tremat inſanas nauita triſtis aquas.
Ipſe elice quaſſæ fueris cynoſuraq; puppi/
Illa tuo tutum numine carpet iter.
Verſatur uariis dudum mea cymba procelliſ:
Velaq; qui ſolitus/non mea uentus agit.
Tende mihi reſtim/tua per ueſtigia portum
Nactus in optato littore deſes ero.

AD RECTOREM BONONIENSEM.

Sic ut deuictis ſpectabat Roma triumphum
Hoſtibus:& uinctas poſt ſua terga manus.
Feruet multiuago nunc docta Bononia cœtu:
Et uicos gaudet fronde uirere noua.
Iane tuum decus hoc rector/iam plauſib9 æquãt
Cæſaribus nomen/cœlicolisq; tuum.
Finis ut eſt anni ianus/ut ianus origo eſt:
Huius principium & finis honoris eris.

AD PETRVM ANTONIVM AZIAROLVM.

Q uid tibi cũ chartis?/potior cum caſſide thorax:
Mars late regnat:pulſa thalia fugit.
Bellicus inſurgit ſquallenti pectore ſerpens:
Adryacuſq; parat bella cruenta leo/
Criſtatuſq; uenit diris occentibus ales
Implens auſoniam/dardanioſq; lares.
Euganeis etiam minitatur roſcida luna:
Efferat illa ſuos ſanguinolenta globos.
Pro lauro cornus/placeat pro palmite quercus/
Concedant lituis tympana:plectra tubis.
Caſtaliam ſegnes adeant/& inertia corda:
Nunc bibere in medio ſtrymone tẽpus aquã.
Temporibus ſeruire decet:nunc explicat euris
Vndiq;/nunc ſolers carbaſa nauta legit.
Nunc duro ualidus terram proſcindit arator
Vomere:nunc ſegetem falce ſecare iuuat.
Eia age Petre cape arma manu: galeãq; comãtẽ
Indue:noſtra etiam pallas in arma ruit.

IN MALCHIONEM.

Molliſſimorum peſſimus cynædorum/
Sexus uirilis dedecus nequiſſimum/
Et longe olentior lupa ſuburrana
Vide ut ſuperbo graditur incedens paſſu/
Vt deſpicit nos/ut comatus/pexuſq;
Ceruice fracta molle ſubridens fatur/

Heus (quiſquis es) tibi loquor/iuuentutem
Qui moribus corrumpis exitialibus/
Liceat uiro eſſe nolo/fœminam cum agas/
Qualem triente ſubigo uili proſtantem/
Aut ſis uir/aut recide mentulam/ſpado
Fies minus culpandus:& qui es nunc/eris.

AD LVCAM RIPAM. 9

Iuſta petis puero egregio/inferiaſq; ſepulto/
Et cineri lachrymas/& pia thura rogis.
Officium hoc eſt Ripa tuũ: nam te duce ſancta
Limina uirtutis ſcandere ſuetus erat.
Auſpice te ingenium coluit/moreſq; probatos/
Tu titulis igitur marmora ſculpe ſuis.
Nec te mœrori eſt æquum:aut ſubcũbere luctu:
Turpe uiro aduerſis terga ſubacta dare.
Ille padi ſolitus ueneti tranſcurrere ripam:
Eridani ad ripam nunc natat elyſii.

AD ALBERTVM TASSINVM. 9

Intermiſſa redi Taſſine ad munera uatum:
Aoniamq; iuuet ſollicitare chelym.
Tempore mutandi mores/mutandaq; uitat
Viuendum eſt ſolo temporis arbitriõ.
Inſyluis fuimus/dederunt ſyluæ otia nobis:
Otia/caſtalidum qualia turba cupit.
Carpſimus autumno dulces ſrõdente racemos:

Legimus & cupida mitia poma manu.
Hybernæ ſuadent charis palleſcere noctes:
Et uigil in media nocte lucerna uocat.
Eia age purgato foueamus pectore muſas:
Eiice torporem/deſidiamq; foras.
Rus imitare/uides ut culta feracia ſurgunt:
Vt ſterile inculum eſt/& ſine fruge ſolum.

EX GRAECA HISTORIA. 11

Mars erat ad muros urbis/quo fœmina miſit
Bellatum uentris pignora quinq; ſuis:
Euentum pugnæ deſiderat/ecce roganti
Quidam ait/extinctos morte iacere ſuos.
Ad quem/non hoc:non hoc ignauiſſime quæro:
Sed quo ſumma loco ſit ſita res patriæ.
Eſt patriæ uictoria ait:lætatur/& inquit:
Non doleo/ natos ſic cecidiſſe meos.

AD IANVM LVCAM. 16

Quod mitto/noli metiri munus:at ipſum
Quo mitto/ſtrorſum perſpice Iane animum.
Nam meritis ut digna tuis quis munera mittat:
Diuitias cœſi mittet:& ille mydæ.

AD PESTINVM. 17

Militia & muſis aetas gaudebat auorum:
Cumq; bonis agros artibus excoluit:
Tẽpora noſtra uen9/ bacch9/ luduſq; gubernãt/

Et quidquid morum deteriora parit.
Hinc peſtine liquet:quam ſit laudāda uetuſtas:
Nos nati (miſera o ſæcula) fæce hominum.

AD LAVRENTIVM MONIZIVM.

Nuntius aeriis Rhombum cecidiſſe ſagittis
Dixerat:ingratus nuntius ille mihi.
Præceptoris enim noſtræ præpono ſalutem:
Cuius ab ingenio carmina noſtra fluunt.
Quidquid doctrinæ:qdquid mihi cōtigit artis:
Ille dedit princeps grammaticumq; decus.
Viuere laurenti docuit tua littera rhōbum:
Littera caſtalii tincta liquore lacus.
Neſtereos rhombo concedat iuppiter annos:
Tithoni uiuat rhombus & ipſe dies:
Et tibi lætitiam tantam qui forte tuliſti:
Contingat longæ poſteritatis honos.

AD IACOBVM SOVSAM.

Vulgi per ſtrepitum ſtudiis incumbere nemo
Vrbe poteſt:uiri promptius ingenium eſt.
Hunc morem antiquos quōdam ſeruaſſe poetas
Legimus:hunc morem ſeruo iacobe etiam.
Temporibus noſtris præſertim:regnat enī mars:
Et pallas tegitur caſſide ſæua comas.
Carmina nulla placent:ſunt curæ ciuibus armat
Sanguinolenta uolant arma per ora uirum.

Hinc ego materiam ſumpſi:eauſamq; canendi
Nactus:paſtorum uerba notanda dedi.
Excipe quæ mitto noſtri monumenta laboris:
Ne ſomno uidear præteriſſe dies.

AD BARTHOLOMEVM BRBATiam.

Vix bene cenſerer ſanæ barbatia mentis:
Anticyræ & merito dignus haberer ope.
Si nunc ignotas externo carmine gentes
Alloquerer:tempus cum ſibi cuncta uelint.
Adde quod obtuſos uerſus incude putabunt
Non noſtra:tantum lingua maligna poteſt.

AD PET.ANTO.AZIAROLVM.

Si potes accedas ueterem uiſurus amicum:
Sin minus id poteris:at meminiſſe uelis.
Sed poteris per mille dolos huc petre uenire:
Nam facile eſt nimium:te dare uerba ſeni.

AD EBERACVM.

Eberace tuas aduenit lantonus ædes
Hoſpes:cui patria eſt terra britanna eadem.
Ille puellares choreas: ludoſq; reliquit
Felſineos:domi næ motus amore nihil.
Calcauitq; lutum pedibus: ſuperauit & undas
Eridani haud tuto uectus in alueolo.
Viſeret ut charum tātum eſt perpeſſus amicum:
Perferet:ut placeat uel grauiora tibi.

IN LEGVLEIVM.

Tam male percipies semper ciuilia iura:
Quod nos lassauit: quam male noscis iter.
Qualeq; consilium nobis indocte dedisti:
Tale clientelis improbe sæpe dabis.

AD PETRVM NICOLEVM.

Quem non fallit amor: plus æquo iactat amicũ
Vnusquisq; suum: non bene censet amor.
Si quis amat turpem gaudet præferre neæræ:
Non est petre nouum munus amicitiæ.
Non ego digna meo potui dixisse Philippo:
Nil est quod dignum laude caballe putes.
Sũ raucus: sine honore cano: sed rũpimus auras:
Qualis in arcadia rudit asellus iners.
Sed tu uel dignas effundis apolline uoces:
Sed te musarum gloria prima manet.
Romanam pergas linguam fulcire cadentem:
Esto fauentinis spesq; decusq; tuis.

AD BENEDICTVM BARBATIAM.

Attalus immensas & opes congessit: & aurum:
Atq; auri cœso magnus aceruus erat.
Effecitq; mydas quidquid palpauerat aurum:
Nil aurum præter mensa: cibusq; fuit.
At mihi candentis fuerat uix una metalli
Vncia: quam rapuit nescia lingua mihi.

Causidicis quanto melior sua lingua uidetur:
Quæ facit: ut reges diuitiis superent.
Deuoueo lites: nil audeo dicere contra:
Heu certare tibi iam Benedicte uetor.
Redde precor nummos: uacui miserere poetæ:
Si nummos aufers: carmina dispereunt.

AD PHOEBVM MONIZIVM.

Quãdo tuos mores contẽplor apolline dignos:
Et faciem: ueros quæ decet usq; deos.
An sis quem peperit delo latona uaganti:
Cum uentris serpens persequeretur onus:
Haereo: sed faciunt pietas: facundia uultus
Candidus: & facies insidiosa fidem.
Nimirum forma si præstes phœbe diones
Munus habes: genuit te sua nãq; cypros.
Facundum te fecit amor: uult mater amorum:
Vadat in amplexus quæq; puella tuos.
Non igitur pulchræ fastus te phœbe puellæ
Terreat: aut dominæ uerba superba tuæ.

AD MARCELLVM VIRGILIVM.

Officio uatum merito præfecte priorum:
Quos bona posteritas uiuere morte facit.
Sic tibi calliope faueat: plectrumq; lyramq;
Præbeat: & faciles dictet apollo modos:
Aspice quot iuuenes ueniãtq; pulchra iuuentus:

Quorum ne fallas: uota probanda rogo.
Lectio prima placet docto monstrata magistro:
Altera nil uni lecta placere potest.
Est res alta quidem iuuenum non indiga curae:
Res eget ingenio tam pretiosa tuo.
Hanc mutas: cuncti ueniemus: dum modo nobis
Fortia quae gessit bella iugurtha: legas.
Sic marcelle tuo fungeris munere: nosque
Iunxeris obsequiis tempus in omne tuis.

AD ANGELVM POLITIANVM.

Dum sol oceanum curru properante reuisit:
Et uehitur fessis praecipitatus equis:
Moenia quae posuit sublimia magnus ulyxes:
Auriferi & ripas conspicit ipse tagi.
Vnde huc concessi musarum captus amore:
Huc: ubi parnasi numina cuncta uigent.
Praemia militiae uel maxima consequar olim:
Auspiciis ductus Pulitiane tuis.

EPI. PYRAMI ET THISBES.

Ense cadit thisbe: cecidit quo Pyramus ensis
Infoelix animas perdidit ille duas.
Error utriq; necis moestissima causa: leaena
Erroris causam sanguinolenta dedit.
Prima mali labes amor improbus: unicus autor:
Excidii tanti praecipuusq; fuit.

Deniq; sub gelido conclusus uterq; sepulchro
Gaudet: & inferias hoc sibi mortis habent.

EPI. CAMILLI VITELLI.

Quisquis ad has partes uenisti forte uiator
Siste pedem: & saxis carmina sculpta lege.
Hic iacet (heu passus crudelia fata) camillus
Armipotens hosti terror ubiq; suo.
Belli fulmen erat pallorq; uitellus in armis:
Obfuit huic tantum maxima uis animi.
Lux patriae generisq; decus: spes una suorum
E medio uitae tramite raptus obit.
Terra cadauer habet: uirtutis tempore in omni
Nomen erit: coeli spiritus alta petit.

ALIVD EPI.

Heus tu: qui magna lustras testudine templum:
Aspice: quas seruant saxa propinqua notas.
Nox dederat cunctis animātibus alta quietem:
Fouerat & somni languida membra uice.
Peruigil unus eras coniunx crudelis: ut uno
Ense duas animas perderet una manus.
Ventris onus cecidit miseraē cū corpore matris:
Debueras nato parcere dure pater.
Heu quid commeruit materna clausus in aluo
Infans: ut fuerit sic iugulanda parens?
Crimine fama uacat: mentem uersauit erinnys:

Hæc eadem mortis sit tibi causa precor.
Quid tam sollicitos effundis adultera questus?
Effera quin rabie comprimit ora pudor?
Lædere iura tori nobis impune putaras?
Exegit pœnas iuno: rogauit hymen.
Et bene natus obit: uetito nam patre creatus
Augeret matris dedecus usq; suæ.
Ergo tace: & tacitas peragra myrteta per umbras:
Ediscatq; fidem fallere nupta uiro.

AD IACOBVM PAQVEQVVM. 91

Poscis aquas Iacobe urunt me incendia: nempe
Compescunt nostram flumina nulla sitim.
In me durus amor sæuit: qui tela fatebar
Momenti imprudens nullius esse sua.
Hei mihi castus eram: doctus: puruſq; sacerdos
Pallada sectabar: uirgineosq; choros.
Tũc citharã plectq; dabat quo plurima phœbus
Carmina cantarem: carmina digna deo.
Tũc grãdi Regum mihi gesta superba cothurno
Aethera posse super tollere uisus eram.
Sed postq̃ sperni sensit sua tela cupido:
Succendit tenui uiscera nostra face.
Crescunt (heu pereo) subiecto stipite flammæ:
Ignibus oceani non satis unda meis.
Frustra poscis aquas: urunt me incendia: sed tu

Affer opem: medica si quid in arte potes.

AD BAPTISTAM SARRACVM. 59

Victurũ omne mihi promittis nomen in æuum
Baptista uersu candido.
Optas præterea: ut ueniat lachesis pede claudo
Sectura uitæ stamina.
Euge age ut: q; ratũ ẽ: mihi qd̃ pmittis: & optas:
Sed dispari forsan modo.
Suffenus dicar: aut si quid ineptius usq̃ est:
Paratum est iam nomen mihi.
Quotidie morior: sic longo tempore uiuam:
Fœlicis est mori semel.

SECVM. 64

Personatus erã modo: nunc sum carminis autor:
Cum uultu mentem tam cito deposui.
Vulgi risus eram: aonidum pars una sororum
Nunc perago facili carmina multa pede.
Humanas moueant mentes miracula: mimus
Qui fueram: uates ecce notanda cano.
Hoc ne parũ credis? fallit sententia: quãtum est?
Est multum: quantum? perlege: dicet opus.
Falleris: insani est extempore promere uersus:
Insani est? Naso quid fuit ergo? leuis?
Absit: Nasoni fuerat sacer impetus: ergo
Non idem poterit impetus esse mihi?

AD IANVM CONOVICIVM. 35

Si qua mouent uatem diuinæ ſemina mentis:
Si uati cuiq̃ ſcire futura datur.
Exemplar morum fies iane unica gentis
Fama tuæ:patriæ gloria: laus:columen.
Nanq; per aerias alpes:per frigora denſa:
Veniſti aonidum uectus ad antra puer.
Delitiis patriæ teneris priuatus in annis
Imperio dignum te facis eſſe patris.
Sunt qui diuitias cupiant:regnareq; tantum:
Aurato & tantum uellere terga nitent.

AD BARTHOLOMAEVM BLANCHINVM. 36

Quando mihi dabitur Scornetæ dulcia rura
Viſere:& umbroſis poſſe iacere locis?
Cũq; tuo ſubito componere carmina uate
Blanchine:agricolis carmina grata deis?
Otia magna dabit ſeceſſus uatibus ille:
Qualia lunai non ſinus ipſe dabit.
Ruſtica te quantum delectet uita:quieſq;
Indicio tua ſint quæ colit arua manus.
Sunt & in urbe: tibi cœlum tangentia tecta:
Et cum diuitiis eſt tibi gentis honos.
Non tamen agricolæ ſpermis prædura ſubire
Munera:ſaturnus quæ latium docuit.

Aetherios curſus:contuexi ſidera cœli:
Et quo terra modo ſit ſita:noſſe labor.
Integritas uitæ:pulchræ præſtantia formæ:
Aetatis candor:nobilitas generis:
Te mihi conciliant:faciũtq; ut nil magis optem:
Omnibus in rebus q̃ placuiſſe tibi.

AD HEMANVELEM REGEM. 37

Carmina paſtorum:ſyluas:epigrãmata mitto
Huic:illi:in chartis nomina multa meis.
Aſt opus hoc totũ:mentemq; animũq; dicamus
Rex tibi:cui ſoli ſupplicat ecce liber.
Sunt iſtic proceres multi: ſunt plurima regna:
Te tamen & proceres: ipſaq; regna colunt.

AD LODOVICVM MELLVM LVSITANVM. 38

Indiderunt Lodouice tuæ cognomina genti
Attica nectareis mella refuſa fauis.
Hinc tibi melliſluis reſonant tot carmina labris:
Et natat hyblæo ſemper in ore melos.
Hinc & dulce tibi ſgeniũ eſt:atq; illita quõdam
Aerio fragrant pectora rore tibi.
Cæſaries redimita thymo:redimitaq; amello
Et phœbi:& bacchi uincit honore comas.
Ornetur lauro quãuis ille: ille corymbis:
Cæteraq; ambobus maior es ipſe deis.

AD BARTHOLOMEVM PORTAM PARMENSEM.

Porta cupis sacri fontis libare liquorem:
Et casta castas cingere fronde comas.
Sed longi tractu montis conterritus hæres:
Nec superare audes ardua saxa loci.
Sic nec spem ponis dubius:nec certus eundi es:
Fluctuat in medio sic uaga cymba mari.
Interea tacitis obrepunt gressibus annis:
Et morbos affert curua senecta suos.
Eia age ne dubita:ueniam comes:ingredere inq;
Ingredere:o mihi me charior ingredere.
En tibi subsidunt colles:de rupe Thalia
Te uocat:ipse tibi dicit apollo:ueni.

AD MARTINVM FIGVERETVM LVSITANVM.

Cum laudes omnes:cum nullum deniq; carpas:
Abs te laudari nec uolo:nec cupio.
Confundis Martine omnes:nec selegis ullum:
Atq; bono:atq; malo est una eademq; nota.
Non hæc iudicii culpa est:nec falleris usq;
Præterea libras omnia lance pari.
Si prodesse numæ posses:si plectere nactam:
Pro meritis starent præmia cuiq; suis.
Perge age cõmenda pro tempore scilicet omnes:
Hac iam laudari conditione uolo.

AD LVCAM RIPAM.

Das operi lucem luca nitidissime nostro:
Et potis es noctem pellere sole tuo.
Naturam arte tua superos:ceu Dedalus halas
Das mihi:quis uolitem docta per ora uirum.

AD ANDREAM MAGNANIMVM.

Qualis erat rapta serpentis coniuge morsu
Orpheus threiciæ clarus honore lyræ:
Talis nuper eras Alphei sub imagine:quando
Nympham subripuit improbus ille gygas.
Sed nunq; citharam fregit dolor:ille canoris
Euridicen fidibus manibus eripuit.
Ast tibi barbariem cantu nil posse moueri
Dum credis:dulcem perculit ira chelym.
Magnanime inuicto cessisti uictus amori:
Nimirum:superos ille:iouemq; domat.

AD CONSTANTIVM PISTOriensem.

Pulchrior hippolyto:phœbo formosior ipso
Constanti quouis iudice solus eras.
Assiduo formam decorabat pectine compta
Cæsaries auri sparsa nitore tibi.
Integra conspicuum reddebat in omnibus ætas:
Adde probos mores:adde pudicitiam.
Quoq; magis iuuenem mirabar:fertile quõdam
Ingenium fuerat:fertile carminibus.

Nunc pallor/macies/mœror/ſuſpiria/queſtus/
Singultus/ lachrymæ/ſollicitudo/dolor/
Deformẽ reddũt/mœſtum/loca ſola petentem:
Calliopenq; tuo pectore deiiciunt.
Durior eſt ſaxis/& tygride peior amica:
Quæ fugit amplexus non bene ſana tuos.
Riualem perdant ſuperi/dominamq; ſuperbam
Concilient/uoti ut compos abire queas.

AD MARCH. MANTVAE. 44

Pierii regina laris quam ſanctus adorat
Mintius/ aonias inter habendus aquas/
Inclyta progenies/alcidæ gloria patris/
Altera non qualem finxit Eliſa maro/
Adſis o noſtris numen uenerabile muſis:
Gaudeat inq; tuo noſtra carina ſinu.
Dum modo tu faueas/fruſtra terrebit orion:
Sis elice noſtræ/ſis cynoſura rati.
Carminibus uentos/pariter mulcebis & undas:
Te cantante cadet protinus ira maris.
Nempe pudicitia ut ſuperas:ſic carmine ſappho
Hinc multum laudis/laudis at inde minus.
Tu faceres cygnũ/taurum/ſatyrumq; tonãtem:
Iuno eſſet cauſa duplice iniqua tibi.
Et quia magnanimo clarũ genus/hercule ducis:
Et quia te uellet iuppiter eſſe ſuam.

Sed prohibet ſincera fides ſeruata marito:
Nec patitur ſuperum fraudibus eſſe locum.
Hoc uiuas fœlix multos in honore per annos:
Aeternumq; micet ſidus in orbe tuum.

AD GABRIELEM TASSINVM 45

Si gerico Taſſine ſinis me frigore aduri:
Naſo ero :ſi dederis ligna: Tibullus ero.
Quæris uter malim eſſe:æſtiuo tempore naſo:
Nunc quia bruma riget/ terſe tibulle places.

AD PET. ANT. AZIAROLVM 46

Excitor atq; premor ſpe/ſpes me fertq; /refertq;
Scilicet ut refugus uoluitur oceanus.
Petre licet ſperare tamen:quo longior illa eſt:
Gaudia eo uenient uberiora mihi.
Numina(quod ſupeſt)iugi prece ſancta fatiga/
Vt properet præceps in mea uota typhon.

AD EVNDEM 47

Carmina Petre uocant Medeæ toxica/Circe
Quidquid ab hæmoniis carpere ſueta iugis.
Carminibus uox apta ſuis/qua tartara pallent:
Qua mare:qua cœlũ/& maxia terra tremit.
Dum loquitur grũnire ſues: plorare cicadas:
Theſſalicaq; putes aera crepare manu.

AD LODOVICVM PASSETVM 48

Quod poſcis Lodouice darem/ ſed iura/fideſq;

Obſequio prohibent me dare uela tuo.
Quod poſſim præſtare roga lodouice / negantē
Iuppiter in ſtygias fulmine trudat aquas.
Tu legum interpres: tu propugnator honeſti:
Noli quam dederim / ſollicitare fidem.

AD LVCAM RIPAM. 49

Percurri ſyluas uariumq; / & amabile carmen:
Sed monſtrante tua lampade noctis iter.
Sic quoq; thebanas liceat cognoſcere pugnas
Auſpiciis freto candide Ripa tuis.

AD RVFFINVM. 50

Si Ruffine cupis lepidus / ſalſuſq; uideri:
Eſto / habita famæ ſed ratione tuæ.

EPI. ANGELI PVLITIANI. 51

Pulitianus in hoc tumulo eſt / uiuitq; ſepultus:
Hoc facit & triplex facundia / & ingenium acre:
Dicere ſeu uoluit / ſeu rerum exquirere cauſas.

DE PAVLO SILOVITIO. 52

Cur Pauli dubitas nomen mea muſa per orbem
Ferre? uerecundus deſerat ora pudor.
Eſt Paulo noſtro grauitas: ſapientia: uirtus:
Eſt ueſtri magnus cultor & ipſe chori.
Quorſum maiores fecere poemata noſtri?
Scilicet ut uirtus præmia magna ferat.
Vt contra uitium nigro carbone noteturi

Quæ duo poſteritas tempus in omne canit.
Cur igitur paulum iubeas ſine laude iacere?
Non eſt uerſiculis dignus & ille meis?
Idcirco tenebris paulum arbitrare ſepultum:
Inq; ſitu laudes illius eſſe putas:
Egregium quoniam nōdum tua pagina nomē
Præſcripſit / ueneris nubere digna uiro?
Ha quanto melior laudator contingit illi:
Laudator / quo non maior in orbe uiget.
Iam paulus uolitat latiis notiſſimus oris:
Iam pauli cuncti nomen ad aſtra ferunt.

AD PETRVM ANT. AZIAROLVM. 53

Mæcenas flaccum fulſit / fulſitq; maronem:
Ingenium inde uiris: inde thalia fuit.
Sed uixere ſibi clari / doctiq; poetæ
Illorum auxilio nemo poeta fuit.
Multa dedit tibi mæcenas / mihi multa dediſti:
Quo tu fonte bibis / hoc ego fonte bibo.
Menſa eadem nobis / eadem ſub munera nobis:
Idem animus nobis Petre / & idem ſtudium.
Quidquid habes / habeo / fortunaq; utor eadē:
Mæcenas ergo tu meus / ille tuus.

DE LVCA RIPA. 54

In Ripa uirides nymphæ ſiccare capillos:
Et cantare ſolent carmina nereides.

In ripa nitidæ committit membra paleſtræ:
Sueius & in ripa ludere pulcher hylas.
In ripa cernas humentia gramina paſſim:
Blandior in ripa ſerpere ſomne ſoles.
Ad ripam pueri/iuuenesq;/ſeneſq; uenite:
Pieridum uobis otia ripa dabit.

IN QVENDAM 55

Bibliopola ego nõ ſum:qui ſim noſcere quæris?
Aedo/quod uendat bibliopola tibi.

DE ANTONIO ALBERGATO 56

Scrinia theſpiadum quædam mea forte recluſit/
Legit/ & in chartis nomina multa meis.
Blanchinum:barbatiadas/Minum/beroaldum/
Rangonem/ blanchum/bentiuolos/pepulũ.
Poſtq̃ Albergati nomen non repperit:ure/
Vre inquit ſubitis ſcripta profana rogis.
Albergatus abeſt cyrhæi gloria collis?
Ciuibus ille ſuis annumerandus erat.
Fautorum e turba ſi prætermiſeris unum/
Effugere ingrati non potes ipſe notam.
Inter tot ſuperos quondam neglecta diana
Vltricem tydei miſit in arua feram.
Dixit/ & in tenues furibunda euanuit auras:
Magnum Bentiuolus ni foret/ auſa nefas.

AD GABRIELEM TASSINVM 57

Me Taſſine tibi/mihi te facundia/ uirtus:
Par ſtudium/atq; pius conciliauit amor.
Quos non ulla dies/non interualla locorum:
Nec mala diſiunget lingua: nec herba nocẽs.
Labentur citius conuexi ſydera mundi:
Confundetq; iterum cuncta elementa chaos.
Quam taſſine tibi uidear contrarius ire:
Aut cadat a noſtro pectore tanta fides.
Quis mihi nõ credit/bona quæ fũdamina iecit:
Aeternum uiridis durat amicitia.

AD HERCVLEM STROZAM 58

Quærebam alcide te:quidam interrogat/an ſim
Muſicus/eſſe nego:quærit/an aſtrologus/
Abnuo/philoſoph? ne/nego/quid? nõ ne poeta?
Riſi & cur petis hæc inquã? ait/herculẽ adis.
Quem ſoli norunt docti/doctiq; ſequuntur:
Qui ſolos doctos diligit/ atq; fouet.
Ergo qui uenit ad te/aut eſt: aut eſſe putatur:
Philoſophus/uates/muſicus/aſtrologus.
Herculis erumnæ ſunt multæ: nõ tamen unum
Hunc titulum ſuperant herculis alterius.

AD CRINITVM 59

Ancillam dicis Crinite fuiſſe lyciſcam:
Pernegat actæon dilaceratus idem.

Siqua fides uoluit seruam futuisse lyciscam:
Quam sibi tot uitam morsibus eripier.

AD HERCVLEM STROZAM.

Si quis templa iouis subit precator:
Præsentæsq; cupit deos habere:
Et uotis faciles: acerra thuris
Sit plena: & precibus petat modestis:
Quæ nemo superum negare possit:
Rerum commoda scilicet suarum:
Ventos nauita puppibus fauentes:
Reges diuitias: boues arator:
Musis concilient suis poetæ
Secura otia: nec precentur ultra.
Instar te colo numinis: tibiq;
Vitam deuoueo hercules dearum
Nostrarum decus: unicumq; lumen.
Versus muneris hos loco dicamus:
Qualescumq; sinunt uenire curæ:
Curæ: quæ duce te procul recedent
Linquentes animum graui labantem
Mœrore: anxietateq; & dolore.
Laudes liberior tuas canendo:
Oti te artificem mei fatebor.

AD LVCAM RIPAM.

Scripsi de te: non ad te: quid Ripa iocaris?

Absit ab ingenua simplicitate dolus.

AD ANG. RANVTIVM DICTAT.

Hanc tibi fœlicem poteris Ranutia proles
Dicere: quæ patriæ dat tua iura diem.
Hæc est quam cupiunt ciues: ob cuius amorem
Discrimen uitæ quenq; subire iuuat.
Non est illa dies multos celebranda per annos:
Qua patriæ princeps diceris esse tuæ:
Fac igitur iusto populus sub fasce quiescat:
Et sedeat gremio patria tuta tuo.

AD EVNDEM.

Angele qui patriæ tractas moderator habenas:
Ipse bentiuolæ tecta beata domus.
Inq; mea causa supplex oracula posce:
Responsum ueniet mitis ab ore dei.
Quodq; egeat (tantus nitor est) interprete nullo:
Non perplexa tibi noster apollo canet.
Nec tellus illic mugit: nec uocibus ullis
Turbabit gressus cana sibylla tuos.
Nec tibi per tenebras: nec per loca plena timoris
Est iter: haud metuas: te duce tutus eris.

AD NICOLAVM RANGONEM.

Qualis threicias si quando flectit in oras
Mars currus: strepitu per iuga summa uolat.

Aut abit a ueneris læto complexibus ore:
Aut minus iratus mitior arma capit.
Est hodie uisus talis rangonius heros:
Cum regeret frenis ora frementis equi.
Adde pios uulgi plausus: & magna suorum
Gaudia: fellinei læticiamq; ducis.
Hanc rangone potes natalem dicere lucem:
Quæ tibi: quæ semper candidior redeat.

AD BENEDICTVM BARBATIAM

Hac Benedicte die nostri tibi luminis auras
Stamina ducentes alba dedere deæ:
Et uolucres placidos fudere per aera cantus:
Dum missum ætherio nectar ab axe bibũt.
Ipsa parens rerum uultum natura decorum
Induit: atq; suum læta probauit opus.
Sæpe aliis lucina grauis: mitissima matri:
Tempore: quo partus uenerat hora: fuit.
Pierides longas choreas duxere puellæ:
Nec tua subticuit pulcher apollo lyra.
Fertur atlantiades socium natalis adisse:
Nam simili (ut perhibẽt) natus & ille die est.
Fulgoremq; tulit ueniens: risumq; uenustum
Aureus: & facili grandia dona manu.
Accipe chare puer multis cum doribus inquit
Corporis: ingenium: diuitiasq; pares.

Et quantum licet ex fatis prænoscere morum
Exemplar: specimen: regula & auctor eris:
Vera deus cecinit benedicte: nec ullus in urbe
Fellinea: aut toto sanctior orbe manet.

AD TAVRELLVM.

Te sæui martis castra insidiosa fatigant:
Fessaq; nil unq̃ membra quietis habent:
Me fouet in gremio teneræ uenus alma puellæ:
Nulla mihi somnos cura fugare potest:
Oscula ni malim roseis fixisse labellis:
Et niueum lateri conseruisse latus.
Nec mihi dũ iaceo ueneris prope gaudia nostræ:
Pectora sollicito pulsa timore micant.
Nec ueereor celeri rumpant mea tecta rotatu
Saxa per aerias igne ferente uias.
Qualia sæuorum uix misit in arma gygantum:
Aut in solis equos fulmina dextra iouis.
Istic uictricis merearis præmia palmæ:
Istic & uestra pallade digna geras.
Hic ego sub placidi Taurelle cupidinis halis
Viuam: nulla ferens præmia desidiæ.
Si modo desidia est: pharetratus tela cupido
Quæ iactat: molli pectore ferre faces.
Et dominæ perferre minas: si quando superbit:
Liberaq; æterno subdere colla iugo.

Aemula liminibus ne turba propiquet amicæ:
Non est exiguus posse cauere labor.
Nulla diu durant:uersantur at omnia semper:
Nunc pax alta sedet : nũc fera bella fremunt.
Nunc cœlum nitidũ est crystallo purius omni:
Caligat toto nunc grauis umbra polo.
Errat & incertis uolitatq; per omnia pennis:
Ordine rexit amor perpetuoq; nihil.
Nam modo qui fuerat stagno:placidaq; palude
Mitior:in pectus sæuit amor miserum.
Improbe quid uariis ardent præcordia flammis?
Quo magis aduersa est sæua puella mihi.
Heu quid cõmerui:scelere aut quo numina læsi:
Vt sic iratos cogar habere deos?
Non ego per uenerem iuraui falsa:nec unq̃
Voce lacessiui tela:facesue tuas.
Desine cæce puer:uideas quo dirigis arcum:
Hoc saltem liceat corda ferire modo.
Tunc contunde feras:& qui tua tela / tuosq;
Arcus esse nihil dicere non metuunt.
Vtq; tibi maior ueniat uictoria : uince
Palladam:mox celebrem uirginitate deam.
Hoc fac efficias:non debellabis inermes:
Sed quæ tela gerunt:tela gerenda deis.
Hinc tibi honoratos:hic quære superbe triũphos

Victrices cupias hincq; referre manus.
Interdum moueat matris clementia natum:
Matris ab exemplo parcere disce puer.
Cornua sint tauris:rigidiq; leonibus ungues:
Horreat & setis dente timendus aper.
Ora uerecundo pueri sint tincta rubore:
Et risus placidos fundat ab ore puer.

IN POETAM CLANCVLARIVM. 66

Dum mihi detraxisse putas:super æthera tollis
Zoile:quod uideor displicuisse tibi.
Tu me p tenebras sequeris:tibi nostra papyrus
In media dicit luce : canine tace.
Deniq; qsquis es:huc ueniasprãesensq; loquaris:
Sed phœbi radios noctua ferre nequit.

DE SVIS CARMINIBVS. 67

Credideram falsa laudari carmina uoce:
Quæ cecinit medio nostra camœna foro.
Nunc quoniam inuidiæ telis oppugnor iniquis:
Me nihil in toto doctius orbe puto.

IN ZOILVM. 69

Zoile parce pium totiens lacerare poetam:
Nõ ego sum morsu præda petenda tuo.
Hei mihi quid feci? nostro quis carmine læsus?
Iurgia quæ mouit pagina nostra rogo?
Bentiuolumq; ducem cecini:cecinique tribunos:

Nostra ideo debet tot mala musa pati?
Sic pietas patriæ colitur? patriæq; parentis?
Sic ius hospitii: sic in honore suo est?
Tu meliora facis? fateor: superas ne maronem?
Hoc etiam fateor: quis negat? esto: lubet.
Zoilus haud ego sum dices: da nomen: & ipso
Te potius dicam nomine: quisquis eris.
Sed quid plura? tace: parnasi numina testor:
Testor laurigerum: thyrsigerumq; deum:
Diligo musarum cultores: diligo doctos:
Et qui pieriis ora rigantur aquis.

DE GVIDONE PIC. BONON. 69

Prisca suos laudet: laudet pictura magistros:
Quos bona posteritas uiuere morte facit.
Dum modo guidonem cunctis præponat: & illũ
Efferat in cœlum laudibus istud opus.
Nãq; decus patriæ duplex Galeatius urbis
Perpetuo uiuit tutus ab interitu.

DISTICHON. 70

Effigies sacrata diu mortalibus adsis:
Seu natura dedit: seu manus ora tibi.

DE BERNARDO ANASTASIO. 71

Qui modo siluestrem musam: qui pascua nuris:
Qui te sub phagi tegmine Tityre adit.
Ne quid mantois cedat florentia campis

Partu læta suo non minus: efficiet.
Post modo ad agricolas ueniet nouus iste poeta:
Ascræumq; canet carmen: & arua colet.
Victorum dein gesta ducum: regesq; superbos
Aggressus: laudi præmia cuiq; dabit.
Bernardum doctæ puerum seruate puellæ:
Ne uestra omnino lingua latina cadat.

AD ALBERTVM GERMANVM. 72

Distraxere meam non pauca negotia mentem:
Vela dare obsequio quæ uetuere tuo.
Adde quod altiloquo sperasti carmine laudes
Me celebrare tuas: parq; referre pari.
Subticuisse fuit satius: q̃ turpiter ultra
Ingenii uires uerba mouere mei.
Deniq; ne taceam penitus quæ docta sororum
De te promittat turba: referre libet.
Arctoo nuper latium qui uenit ab axe:
Et facit aligero dulce poema pede.
Pergat: & inceptis nunquam desistat honestis:
Fiet enim nostri gloria magna iugi.
Barbaricaq; nihil moueat: tellure quod illum
Lucinæ in lucem proripuere manus.
Democrito patriæ crassus nil obstitit aer:
Quo minus in superas scãderet ille domos.
Hæc alberte mihi somnus cum membra foueret
Musa dedit: certe musa benigna tibi.

DE CADO EXHAVSTO.

Vinum animã tandem tenues efflauit in auras:
Inq; cado mansit nil nisi mitis odor.

AENIGMA.

Quo satus est genitor puer, dic fœmina quæso,
In gremio cuius membra tenella foues?
Filius hunc genuit meus, est & coniugis idem
Frater: sed christi lege uetante nihil.

IN ZOILVM.

Carmen ridiculo canamus ore:
Quo nos insequitur poeta noster,
Noster, scilicet inuidus ueneno
Perfusus rabido, & nimis proteruus,
Dum uatis cupit innocentis aures
Telis confodere improbus, malignus.
Nusq; zoilus est, abit, recessit,
Mentitum totiens pudet, pigetq;.
Ignosco tibi, quisquis es, redito.
Iungamusq; manus, sumus poetæ:
Viuamusq; simul, sumus poetæ,
Quanuis tu bonus, eruditus, acer,
Quo non meonius, maroue maior,
Quanuis sim malus, attamen poeta,
Heu frustra uoco: percitus furore
Infœlix rapitur: sonant flagella,

Dat pœnas sceleris, megæra cædit,
Ardentesq; faces in ora quassat,
En nudus sine pelle iam rediuit,
Salue marsia, uictor has leuabit
Poenas: uictus es, ast apollo uicit.
Sed cur auriculas habes asselli?
Quod monstrum uideo insuper tremendum?
Dic qua mar, siam agis: mydamq; culpas?
Sed noui, memini: Hermicum poetam
Iniuste laceras nihil merentem
Quicquam tale, cauе miser, lacessas
Musarum comites, simulq; alumnos.
Insanire semel satis, superq; est,
Ni strictam cohibent lupata linguam,
Vitæ quod super est, miselle perdes.

EPI. CONSTANTINI SERAPHINI.

Hospes ad hũc oculos tumulũ cõuerte parũper:
Sic lucis longas dent tibi fata moras.
Hic constantinus tegitur spes magna clientum:
Quem iuuit causis fraudis inesse nihil.
Arbiter o quotiens concordi uoce diremit
Lites clamosi iurgia magna fori.
Consilium: uirtus: grauitas: prudentia: mores,
(Pro dolor) in tumulo cũcta sepulta iacent,
Gens seraphina suo luget spoliata nitore:
Gaudet: & in cælum quod Seraphine redis,

AD IANVM LVCAM.

Aere cauo natum mulier lauit/alter acutum
Mucronem imprudens inseruit iugulo.
Clade parens nati conterrita deserit illum/
Quem lauit/& seram senserat alter opem:
Dum mediis pueri singultus audit in undis:
Vnum ne perdat:perdidit illa duos.
Iane neget quisquam fatis nos ducier/est qui
Hæc aliqua fieri cum ratione putet?

DE AMORE.

Sum puer ante omnes natus/sed tẽpore in omni
Sum puer:olim ætas quæ fuit/est hodie.
Est regnum sine fine meũ/sine fine triumphus/
Miraris?facient tempora nulla senem.

AD IACOBVM SOVSAM PONT.

Si te conspicerem triplici splendente corona
Sublimem petri sceptra tenere manu/
Fors fortuna meis concederet otia musis:
Cantaremq; tibi liberiore pede.
Sousa deos utinam pietasq; fidesq; moueret:
Vt possem uoti compos abire mei.

SENTENTIA.

Si bene quis cupiat de se quencũq; mereri:
Libertatis habet iam nihil ille suæ.

AD LIBRVM SOZINI.

Sozinus uocat/heus liber recede.
Quem iam credideram meum uocari:
Sed sum falsus opinione demens/
Cogor reddere te libelle/cogor.
Heu quam inuitus abis/diu camœnæ
Commixtus fueras uenustiori:
Aures barbara delicatiores
Circum/uerba sonare iam uidentur.
Inter sanguineas miser querelas:
Et conuicia/litigantiumq;
Clamores/lachrymasq; debitorum/
Inter iurgia nunc tibi morandum est.
Qui magni fueras comes Maronis:
Nasonisq; mei/& comes Tbulli:
Infœlix eris ex cohorte Baldi/
Rophredi socius/Ciniq; compar.
O sortem miseram/sed hoc patronus
Sozinus bonus omnium/clientes
Quo sperant pauidi dolos cauere:
Iussit:iussa sequor: liber recede.

AD NONIVM CAIADVM.

Legibus incumbo Noni tua iussa secutus:
Nãq; iubere potes & pater/& dominus.
Ingenium/musas/uitam tibi debeo/Cæsar
Non dare plura potest/non dare plura deus.

EPIGRAMMATON HERMICI CAIADI LVSITANI EPIGRAMMATON AD LODOVICVM TESSIRAM EQVITEM LVSITANVM.

LIBER SECVNDVS.

PRAEBVIT AVDACEM PRIMVS TESSIRA SECVNDVM:
PRAESIDIO TVTVS DICITVR ILLE TVO.

Defendit nostram aut ius, aut facundia causam:
Tu præstare mihi solus utrumq; potes.
Sic te dũ celebro, mihi consulo, gloria magna est
Hæc tua, nam superis te facis esse parem.
Thura deis, & dona ferũt homines, homines dii
Haud unq̃ ingrati pro pietate fouent.

AD HEMANVELEM REGEM.

Extremos fertur penetrasse semyramis indos:
Et cũm pellæo liber adisse duce.
Quæsitumq; diu mili caput: & garamantes
Vix ölim noti gentibus hesperiis.
Aesonides colchos, rigidiq; ad phasidis undas
Vectus, in æmoniam rettulit inde pedem.
Hæc quota pars magni quẽ tu iam detegis orbis
Inclyte Rex, distant passibus illa decem.

Ignotum tentatur iter, quaq; it tua puppis:
Solem alium cernunt, sidera nautæ alia.
Esse deos illic alios terræq; marisq;
Atq; alia credunt fulmina torta manu.
Astra uident non uisa prius: cynosura recessit:
Actophylax nusq̃ est, tyndaridæq; latent.
Cumq; ratis dubiis errat iactata procellis:
Mumina sola docent Hemanuelis iter.
Apparent urbes tandem, gentesq; remotæ:
Ad quas peruenit nominis aura tui.
Inde piper, costumq; ferunt, durosq; adamantas:
Largius inde aurum, & sedula mancipia.
His tu diuitiis princeps dignissimus: a quo
Thesauri manant uel melioris opes.
Nam pietas liquidi sedem dabit ætheris unam:
Vt proauos possis exuperare tuos.
Iusticia populos, placidaq; in pace gubernas:
Sinceraq; colis relligione deos.
Deniq; nil norunt maius te sæcula: nam quæ
Vix sunt in cunctis regibus, unus habes.

AD PETRVM AEGIPTANIENSEM PONTIFICEM.

Criminibus maculata nouis pia limina sordent:
Castaq; uix usq̃ supplicat ara ioui.
Exitium terris magnum portenta minantur:
Grataq; cœlicolis uictima nulla cadit.

Et fibris inhians pallet cõsultus haruspex:
Nec bubus quisq; mille litare potest.
Desperare nefas / placabitur ira deorum:
Falciger hesperio regnat in orbe deus.
Cui tagus / & ganges mundi confinia parent:
Cui seruire etiam gaudet uterq; polus.
Si renouare deis placet omnia / se tibi Petre
Alterius credet regia sacra Petri.

AD ANT. GALE. BENTIVOLVM. 4

Sis fœlix Galeax latiæ decus undiq; gentis:
Sis foelix patriæ lumen / & aura tuæ.
Hanc tibi syluarum miserunt læta salutem
Numina: Camaldi quæ iuga concelebrant.
Qui fert iam cecinit patriæq; / patrisq; / tuasq;
Laudes: sed phoebo percutiente lyram.

AD MINVM ROSCIVM. 5

Vnica pieridum sis foelix gloria Mine:
Mine puellaris dulcis alumne chori.
Nuper ab aoniis descendi collibus: unde
Tot uates clarum nomen ad astra ferunt.
Diruta castalidum uidi delubra dearum /
Vidimus & daphnen frondis habere nihil.
Hæc immane genus loca possidet / insuper ipsas
Ha musas / trepido iussit abire pede.
Omnia restituet phoebus: sed uindice Mino /
Quem solum facti gloria tanta manet.

AD HERCVLEM DVCEM. 6

Gratulor O magne Alcide tibi: qui tot alumnis
Vatibus / extollis uel super astra caput.
Stroziadæ natusq; / paterq; cupidinis halas
Versiculis afflant undiq; dulcisonis.
Quid Thebaldei dicam plectrumq; / lyramq;?
Quid Cæli laudem carmina docta mei?
Quid Pannizati diuina poemata? quid quæ
Baptista effundit? siue solutus eat /
Siue pede astrictus propet minus / omnia callet
Nimirum / lingua doctus utraq; loqui.
Est Philomusus item nullo non carmine dictus:
Materia m de se uatibus ille facit.
Alter Aristarchus iugulat mala carmina Ripa:
Ipse facit clario carmina digna deo.
Hi uates omnes (quæ fandi cuiq; facultas)
Non cessant nomen tollere ad astra tuum.
Teq; oti autorem concordi uoce fatentur
Quisq; sui / adde quod / est te sine dulce nihil.
Nil styga / nil lethen metuas / donabere cælo
Serius / interea te colit Eridanus.

AD BLANCHAM BENTIVOLAM. 7

Inuitum traxit sociusq; / comesq: sodali
Parendum (stultus sit licet ille) fuit.
Náq; ego non sapiens uideor mihi solus / agorq;

Quo me cũq; rapit uentus:& aura leuis.
Nec uenisse quidem Rangonis ad alta pigebit
Tecta/locus magnos uel decet iste deos.
Vtq; tuos uidi natos:tot sydera dixi
Fient/quot domini pignora cerno mei.
Et tu cælicolis genitrix lætabere natis:
Et mater fies altera Blancha deum.

AD ATLANTA CITHAROEDVM.

Dulcisonis fertur duci concentibus æther/
Miratiq; artem uocis uterq; polus.
Quæ si uera canunt uates/nec decipit error
Fœlices animos/qui super astra uolant/
Stelligerũ suspendit atlas modulamine mundũ:
Atlas/phœbeæ gloria prima lyræ.
Huic cælum paret:maurũ quod atlanta fatigat:
Præstat enim longe uiribus ingenium.

IN NAEVOLVM.

Non captare sat est donis tibi Nævole draucos?
An perpetrare est turpia quæq; parum?
Ni miseras prauis obtundas uersibus aures/
Ad pædicones quos facis ipse tuos?
Quauuis dissimules/alienaq; carmina fingas:
Oq̃ conueniunt moribus illa tuis.
Fabula narratur de te/ut tua carmina non sint:
Sed tua sunt:faceret talia nemo alius.

I miser/i nunc/pædicare mutone pedali:
Quidquid uis facias:dum modo nil recites.

AD GVID. PEPVLVM.

Guido decus claræ patriæ/comes inclyte/cernis
Dulcibus ut resonent tecta superba modis?
Quid mirum si plectra mouet nouissimus atlas?
Atlas/laurigeri gloria magna dei?

AD ROBERTVM LANTONVM.

Scribe aliqd quotiens mihi dicis:& acrius istas/
Ancipitem reddis mentẽ/animumq; magis.
Nam nisi proueniant facili mihi carmina lapsu:
Nequicquam calamum sedula dextra capit.
Expecta Roberte igitur/cum foenore nempe
Quod tibi promisit/nostra thalia dabit.
Tunc tuus ætherium sonipes æquabit olympũ:
Et tecum uiuet munere ubiq; meo.

AD ALEX. BENTIVOLVM.

I fœlix/fœlixq; redi fortissime ductor:
Incipe iam patris fortia gesta sequi.
Sanguine bentiuolo nunc te fateare creatum:
Incipe iam proauos æquiperare tuos.
Ne dubita lætis ueniet victoria pennis:
Quæ clarum reddat nomen in orbe tuum.
Bellica uirgo suo iuueni/mauorsq; fauebunt:
Auspiciisq; aderit numen utrũq; nouis.

Nomine Alexãder tuſcas quod fama per urbes
Vulgauit: trepidant caſtra inimica tuo.
Rebus in afflictis gaudet Florentia tandem:
Et Piſas credit te duce poſſe capi.
Quiq; diu iacuit gelida quaſi febre ſepultus/
Te duce meonius iam mouet arma leo.

AD PAVLVM SILOVITIVM. 13

Paule tuas laudes mecum dum corde uolutos
Atq; animi dotes/ingeniiq; tui.
Plectra/lyrãq; manu capio/mox tendere neruos
Incipio/& noſtras ſollicitare deas.
Tunc illuſtre genus: præclaraq; geſta tuorum
Meonio ſubeunt uix referenda pede.
Mens mea tantorum decus admirata uirorum
Obſtupet/& rerum pondere uicta cadit.

AD FRANCISCVM SENGLADAM HISPANVM. 14

Ingenio Franciſce tuo / linguæq; diſertæ
Gratulor/& generi: gratulor & patriæ.
Conſuluiſti hodie patriæq;/tibiq;/tuiſq;/
Præmiaq; ingentis magna laboris habes.
Et tibi q̃ æacidis priamuſq;/& maximus hector/
Plus uigil in media nocte lucerna dedit.
Corporis eſt ea uis/animi ſolertia longe
Exuperat magnis proxima cælicolis.

AD AMICAM. 15

Suppliciũ nullum maius / nec durius ullum eſt:
Quam ſi ſeruitio gratia nulla datur.
Seruio/nec ceſſo dominæ ſeruire ſuperbæ:
Sed ſunt ſeruitii præmia nulla mei.
Hei mihi libertas periit pretioſior auro:
Et tulit hinc niueum non reditura pedem.
Improba uel noſtri pretium iam ſolue laboris/
Vel nimis ingratam te fateare licet.

AD SVOS VERSICVLOS. 16

Non penitus uobis fautores carmina deſunt:
Supplice Rangoni fundite corde preces.
Nam fouet ingenia/& uatum miratur acumen:
Et multum uobis numinis eſſe putat.
Sunt etiam dulces cæleſtia pignora nati:
Quales crediderim uix genuiſſe iouem.
Inter quos guido fratrum pulcherrimus hauſit
E noſtro uates flumine factus aquas.
Ite igitur/placidi nec principis ora timete:
Continget ueſtræ nulla repulſa preci.

AD ANT. GALE. BENTIVOLVM. 17

Quis nouus huc uenit ſcythica de gẽte poteſtas
(Pro ſuperi) ereptum gaudia tanta mihi?
Quis præſente uetat domina ſaltare? quis audet
Barbarica latios lege uetare choros?

Hunc inimica uenus sæuum detrudat in æquor:
Et fluat in medio piscibus esca mari.
Si quid adhuc ueneris possunt mandata: recide
Prætoris Galeax fussa proterua noui.
Ni facis iratam uenerem, ceu pallada cernes
Fortia pro nato bella mouere suo.
Vna salus restas: a te pendemus amantes:
Et iacet ante tuos fautia turba pedes.

DEORVM ALTERCATIO. 17

Aptabat capiti galeam mars: iuppiter illum
Vidit: & his natum uocibus alloquitur.
Nequicquam arma paras fatorũ nescius, armis
Nil opus est: geritur res sine militibus.
Gallus adest, latiumq; premit, tua mœnia Romã
Deseruit uirtus: deseruitq; fides.
Oblitiq; tuo cretos se sanguine ciues
Indulgent sibi, nos nullo in honore sumus.
Per styga nate tibi iuro: gens impia pœnas
Mox scelerum ingentes: exitiumq; luet.
Dedecus o nostri generis, pro pignora nostra,
En tibi romulidas: martigenasq; uiros.
Ergo ego mars inquit patiar rex maxime diuum
Ausoniam fœdo subdere colla iugo?
Ergo incensa iterum senonum capitolia flãmis:
Vri tecta iterum nostra uidere lubet?

Natorũ immemores supi, memoresq; nepotũ,
Mortales merito numina nulla putent.
Quod si certa sedet genitor sententia mentis:
Quin incussa tuis tela cadunt manibus?
Hanc litem clotho sic interfata diremit:
Tu cura fulmen: tu fera bella gere.
Nam mihi uenturũ, geminisq; sororibus ætuum
Notum est, fungamur munere quisq; suo.
Dixit: & in tenues furibunda euanuit auras:
Quid faciẽt homines? obstupuere dei.

AD PETRVM FLISCVM. 19

Non rerum natura parens mortalibus æquẽ
Indulsit, mater, dura nouerca eadem.
Quis dedit ingenii uires, animumq; capacem:
His deforme nimis corpus iniqua dedit.
Contra, corporeis large quos dotibus ornat:
Hos uideas passim cordis habere nihil.
Adde quod est hominum uariis obnoxia uita
Criminibus: uitiis nam sine nemo fuit.
Petre tua poteris contentus uiuere sorte:
Nec de naturæ legibus ipse queri.
Nam dedit ingeniũ, & fœdo sine crimine mores:
Et faciem, clarium quæ decet usq; deum.
Quid referemus opes, proauos: patriãq; supbã?
Ex his fœlicem singula te faciunt.

AD LODOVICVM TESSIRAM.

Accipis? an nobis donum Tessira remittis?
Accipe: quid dubitas? dona clientis habes.
Sed si forte nimis uideor tibi munera parce
Mittere: tu nobis uberiora dato.

DE FILIIS BENTIVOLIS.

Annibal: & Galeax: & pulcher alexis: & hermes:
Nomina sunt ipso semper amanda sono.

AD ROBERTVM LANTONVM.

Carmina carminibus mutare Roberte parabas:
Et pro uersiculis: reddere uersiculos.
Obuius ire tamen uolui conatibus istis:
Vt mihi pro paruo munere magna dares.

AD BENEDICTVM BARBATIAM.

Si metiri animo uellem barbaria munus:
Quod tibi sit uatis pignus: amorq; tui.
Non mihi diuitias croesiq: mydæq; putarem
Esse satis: meritis nec satis esse tuis.
Hoc quodcũq; igitur cella de paupere mitto:
Accipe: sed placida mi benedicte manu.
Thure pio superi gaudent: & munere reges:
Muneribus solitus claudere nemo fores.
Quo supi & reges: quoq; te gaudere necesse est:
Vel mea si non uis munera: mitte tua.

AD RODERICVM DVBrauum BOemũ.

Si forma superes cunctos: uirtute perinde
Vt superas: forma cedat apollo tibi.
Sed quid forma iuuat? præstat uirtute placere:
Forma perit: uirtus pulchra: diuq; manet.
Quid quod uirtutẽ: & formã Roderice uidem?
Esse tibi pariter: consimiliq; modo?

AD LODOVICVM TESSIRAM.

Quãdo ego liber eram: nec amoris pcitus igne:
Non nisi uesanos rebar amore capi:
Præter quem phœb? dare: aut semeleius æuant:
Non credebam hominum corda furore rapi.
Nunc quia quid sit amor noui: sententia uersa ẽt:
Quæ non læsit amor pectora: sana puto.
Quæ sit causa mei quæris Tessira furoris?
Dicam equidẽ: haud humili nata puella loco.
Cuius in insidias postq; deuenimus: acre
Seruitii patior nocte: dieq; iugum.

DE AMORE.

Militiæ dicunt incommoda martis inesse
Multa: dolos: raptus: uulnera: damna: neces.
Sunt in amore etiam metuenda pericula nobis:
Non quæ bella ferunt inferiora malis.
Morte nihil possunt uictis dare tristius arma:
Morte nihil melius dat uiolentus amor.

Adde quod interdum mauors discedit ab armis:
At sua perpetuo bella cupido gerit.
Et tuba pulsa monet redeundũ in castra repẽte:
Pessum aciem quotiens dux uidet ire suam.
Sed ueneris puer indomitus sine fine cohortes
(Immineant quãuis mille pericla) premit.
Hoc in amore malum quo nullũ deniq; maius:
Libertatem animi perdimus atq; animum.

AD IVLIANVN MEDICEN.

Iuli cuius atrox fixit male sana cupido
Pectora, suspiras nocte, dieq; miser.
Clamoresq; tui penetrarunt sidera ad usq;
Et tua tartareis nota querela deis.
Non tamen audiuit tristes ha Lilia quæstus:
Crudelis nimium: an surda puella magis?
Nec tibi crudelis: nec surdis auribus illa,
Cui non est uitium corporis, aut animi.
Dissimulat potius spectatrix sedula cordis
Ipsa tui: an longo tempore duret amor.
Persta igitur: pugnaq; diu: nec cede, triumphum
Sic cum laude tuo uictor ab hoste feres.
Quære: inuestiga: cura: circũspice: tenta:
Ferrea succumbet sit licet illa tibi.

AD HERCVLEM STROZAM.

Desinat alcides clauam iactare cruentam:

Tartareumq; canem: carnificesq; manus.
Quippe feris eadem potuit contingere uirtus:
Quæ robur tantum corporis huius habet.
Succumbant igitur pharetræ: spoliumq; leonis
Alcide citharæ, carminibusq; tuis.
Carminib9, quæ saxa trahũt quæ flumina sistũt:
Quæ migrare iubent ex helicone deas.

AD TITVM STROZAM.

Fortunæ dotes animiq; & corporis extra
Inter fœlices nullus habendus erit.
Regia maiestas: alter maro natus: opesq;
Sunt tibi: & aonio pectora plena deo.
Tam manifesta negat nemo: nec Tite negabit
Quisq; cui sit mens sana, nec inuideat.

AD SABINVM.

Nusq; aliquem læsi chartis, nec uoce Sabine:
Quin fuerint in me tela retorta prius.
Testis es ipse mihi: q quædã epigrãmata iactas
Autori potius obiicienda suo.
Sed tenebris latuit semper: semperq; latebit:
Iampridem in stygias præcipitatus aquas.

IN FVRIVM.

Furi diligis Hermicum? Sabinum
Furi diliger: sed stude Sabino
Furi dum modo nos quoq; abs te amemur:

Furi quid meruit quid innocentem
Furi carpis an est boni probiue
Furi carpere an est quod ipse carpas
Furi furi iterum monende furi
Furi dilige & Hermicum & Sabinum.

AD MARCVM ANT. PARMENSEM. 53

Pollicitus fueram de te mihi multa sed ipse
Maior quam nobis fama ferebat: ades.
Carmine (si qua fides) uidi nil tersius illo:
Vsq; adeo prisca simplicitate placet.
Iudicium hoc nostrũ sincera ex mente profectũ est:
Sic uiuat nomen tempus in omne meum.
Emansor potius quã transfuga Marce uocerisi
Ad primicq; tedi signa relicta ducis.
Vt tibi contingat circum sacra tempora laurus:
Et tua post cineres fama superstes eat.

AD ANT. GAL. BENTIVOLVM. 55

Europen ueni Galeax pulcherrime uisum
Europen cordis uulnera mille mei.
Noli igitur nostros in longum ducere amores:
Nam mora in ingenti torquet amore breuis.
Succrescitq; mora flammis crescentibus ignis:
Acrius interea pectora figit amor.
Exemplo tibi sit uir praeclarissimus ille:
Maturbatur dum serius illa uenit.

AD LODOVICVM TESSIRAM. 54

Versiculos carpunt aliqui: quod barbara in illis
Plurimaq; quae graeco nomina fonte carent.
Hoc rude uulgus ait: tremulae cui murmura liguae
Et cui dumtaxat lubrica uerba placent.
In rebus Tessira iocorum non nomina fingo:
Nullus enim nostro carmine laesus erit.
Versuti sint usq; alii: falsiq; uocentur:
Nuda ego dum placeam simplicitate tibi.

AD PANDVLPHVM PESAVRensem. 55

Q d' tantũ Pãdulphe pbes epigrãmata nostra:
Gloriolam nequeo dissimulare meam.
Ingenii pretium fructusq; uberrimus ille est:
Laudatis aliqua ex parte placere uiris.
Haec Pandulphe mihi studio: praemia duco
Aeterna: intereunt caetera temporibus.
Vt lubet expendant critici mea carmina: nil iã
Censoris metuo triste supercilium.
Non tamen idcirco surgunt mihi uertice cristae:
Nec Lusitano de grege gallus ero.

AD FABIANVM CAVIANVM. 56

Quis uult phyllida comparare iberae?
Quis committere uult duos amicos?
Quis cedit pylades bonusq; Orestes:
Cedit Perithous uolente theseo?

Ha quantum exitium arbiter deas:
Europæq; asiæq; tunc tulisti,
Cum dixti: uenus alma utramq; uincis.
Si uerba hæc superos citant in iras:
Si postponier est deis molestum,
Quid quæso facient duæ puellæ:
Quas formæ iuuat, & decor iuuentæ?
Quæq; ipsos cupiunt ligare amantes:
Non ferro, aut adamantina chatena,
Sed pulchris oculis, sed ore pulchro:
Stricto pectore, candidis papillis:
Verbis molliculis, decente gressu,
Et risu petulanti, & elegante
Nutu: & gesticulatione dulci
Quare si sapis esser hanc & illam
Multis laudibus: ut duos amantes
Tassinumq; Petrumq; sempiterno
Addicas tibi muneres obligesq;
Hoc est mi Fabiane, amare amicos:
Hoc est respicere, & beare amantes.

DE AMORE. 37

Martem alii phœbumq; alii uenerãtur, adorant:
Martis ego & phœbi sub pede colla premo,
Ipse iouem domui: nec se uitasse sagittas
Iactaret uere pulchra dianà meas,

Si posset puer endymion manifesta fateri:
Sed iussus somnos continuare tacet.

AD IACOBVM SOVSAM PONT. 38

Sousa pater lãtiis qui nunc discedis aboris
Visurus patrii dulcia rura soli,
Romuleos postq̃ miratus in urbe penates
Vidisti patriam, semideumq; lares,
Imemor, uatis, uestræ cui gloria gentis
Decantata feret uel super astra caput.
Interea supplex humili rogo uoce tonantem:
Pastorem ut faciat te gregis ille sui.

AD LODO. BLANCHVM DICTAT. 39

Præmia uirtutis, magnaq; gloria rerum
Hac concessa tibi sunt Lodouice die.
Quãdo quidẽ ipsa tuo subdit se patria sceptro:
Tradit & auspiciis cuncta gerenda tuis.
Quam tibi Ianus adest foelix: tã candida sunto
(Quod reliquũ est uitæ) tempora lõga tibi.

AD IANVM CONOVICIVM. 40

Ad te Iane decus nostrum: spes magna tuoq;
Qui musas steriles non sinis esse mihi,
Venimus: ut nostri ueneremur apollinis ædem:
Aedem, quæ uatum subleuat ingenia.
Salue igitur uenerande puer: puer inclyte salue:
Namq; salus pendet nostra salute tua.

Hunc seruate deæ puerum/quis carmina curæ:
Ne pereat uestri fama/decusq; chori.

AD LODOVICVM FOLIANVM. 41

Coniugio læter/ne magis / an cælibe uita:
Compertum liquido uix satis esse potest.
Dignoscet bene qui sortem explorarit utramq;:
Verum ut deprendas / experiare licet.
Sed quam difficile est/durum tentare periclum/
Liberaq; æterno subdere colla iugo:
Fœmina si locuplex est/insanissima res est:
Sordida si pauper/ prodiga / auara eadem.
Credula deformis/iuuenem pulchra lacessit:
Si generosa/potens / ambitiosa/procax.
Hæc Foliane pati durum est/sed ducere certe
Hac una uxorem commoditate uolo.
Vt similes aliquando mei mea pignora natos
Agnoscam:& possim cernere memet ego.
Demens qui nitidum de forma consulit orbem:
Hoc pulchre speculo cernitur effigies.

AD IANVM FRANCISCVM ALDROVANDVM DICTATOREM. 42

Præbuit O quotiens uirtutis nomine multis
Imperium/& clarum nomen in orbe scelus.
Et qui perniciem patriæ tulit/ille salutem

Creditus est genti sæpe tulisse suæ.
Fortunam cæca sequitur caligine uulgus:
Quoq; rapit uolucer mobile uentus abit.
Euenit contra nobis/qui Iane fatemur/
Esse tibi merito quidquid honoris habes.
Libera quando quidem populo suffragia dãtur
Felsineo/qui te fecit in urbe ducem.
Iustitiæq; dedit uexillum/& sceptra tenere:
Et dedit arbitrio cuncta regenda tuo.
Aldrouanda domus gaudet/gaudẽtq; ꝓpinqui:
Gaudet quiq; tuum nouerat ingenium.
Non ut sylla ferox/uiolasti iura senatus:
Nec tibi regnandi tanta libido fuit.

AD EVNDEM. 43

Omnia quæ poterant/dixisti uerba Senator:
Si quis plura uelit dicere / non poterit.

AD FABIANVM CAVIANVM. 44

Cur prodesse bonis Fabiane Renerius optet:
Quid quæris/dixi iam tibi/ lucrifacit.
Quod tibi dat/nihil est/est multũ qd capit ipse:
Maxima si in te hominis cõspicitur probitas.

AD RENERIVM IACOBELLVM. 45

Debeo chare tibi nimium / nimiumq; Renerii
A quo sunt musis præmia tanta meis.
Si mecenatem te sæcula prisca tulissent:

Non nunc sola foret uirgiliana tuba.
Essent & plures lyrici: Romanaq; lingua
Ditior: & uirtus ipsa in honore magis.
Quam bene iusticiæ partes tutere: clientum
In te non modicus testificatur amor.
Pupilli: uiduæq; tuos ut proroget annos
Iuppiter: assidua numina uoce rogant.
Det tibi pro meritis dulces astræa nepotes:
Qui gelido figant oscula longa seni.
Vtq; tuum nomen nullo non tempore duret:
Nostra memor relegat carmina posteritas.
Interea fœlix casta cum coniuge uiue:
Atq; ut cœpisti perge fauere bonis.

AD HERCVLEM DVCEM.

Alcide hoc munus poterit me redere uatem
Exemptum multis solicitudinibus.

AD BARTHOLOMEVM BLANCHINVM.

Carmina sæpe solent subiti proferre poetæ:
In quibus ipsa suo pondere uerba carent.
Rectius inclusi melioraq; carmina fingunt:
Et quæ posteritas docta probare queat.
Non nego concessum multis extempore uersus
Fundere: dum feriunt dulcia plectra lyram.
Ast hoc temporibus nostris uix contigit uni:
Deficit ingenium: cura: labor: pretium.

Nullaq; sunt hodie miseris alimenta poetis:
Frigora quis possint: quisue fugare famem.
Foelices rabiosa fori qui uerba locatis:
Quorumq; errores frigida condit humus.
Vos quoq; foelices: regum qui mollibus aures
Imbuitis uerbis: seditiosa cohors.
Nos uentus pascit: pascunt & inania uerba:
Cogimur in tota nil retinere domo.
In bello fuerit quantus cognoscis Achilles:
Et quanto fuerit robore Priamides.
Alterius mortem: alterius persæpe triumphum
Edoctus magni carmine Meonidæ.
Et duplicem scyllã nosti: rapidamq; carybdim:
Et quæ sunt largo monstra tremenda freto.
Adde qd & montes & agros: & flumina nosciss:
Et phrygios mores: æthiopumq; domos.
Et quæcumq; poli seruant conuexa notasti:
Et rerum causas discere cura fuit.
Quis tamen est fructus: miserũ qd multa poetã
Scire iuuat: patitur nocte: dieq; famem.
Nocte dieq; famem patitur Blanchine poeta:
Incedit nudus pene poeta miser.
Ingeniis Blanchine faues tu solus in urbe
Felsinea: solum te mala nostra mouent.
Quæ si diuitibus mens omnibus esset: ubiq;

Naso suum caneret carmen: ubiq; maro.
Dii tibi diuitias Crassi: dii Nestoris annos
Dent precor: & cygni nomen ad astra ferant.
In te præsidium pictoribus, atq; poetis:
Ars quibus est eadem: mēs quibus ē eadem,
Gloria pictorum sis testis Francia nobis:
Nec tu mentiri me Beroalde sinas.

AD CAELIVM CALCAGNINVM.

Cæli qui decoras castalidum choros,
Et famam patriæ quæris, & ingeni
Contēdis superum uiribus ad domos
Innitis: & meritis scandere sydera,
Sacrum perge sequi lumen apollinis,
Lumen, quod media nocte reluceat
Expellens tenebras, lampada proferens,
Qua monstrante uiam turpia deseras,
Secteris studio, posteritas bona
Quæ seris memoret facta nepotibus,
Quam dignus iuuenis laude, senē qui agit:
Et curas steriles, gaudiaq; effugit:
Quæ præter fragiles nil tribuit iocos.
Fœlix pythagoræ qui bene compita
Dignoscens graditur limite dextero,
Sed fœlicior est, atq; beatior
Multo, qui potuit planiciem loci

Emensis penitus montibus assequi,
Et uictor fruitur perpetuo bono,
Ludos instabilis nil metuens deæ,
Huc O pierides ducite cælium
Cultorem aonii numinis integrum,
Vestris quando quidem muneribus nihil
Præponit, nec amat quæ tagus ingerit
Noster fonte suo: nec popularibus
Auris erigitur, plectra sed aurea
Dum sumit manibus, dulcisonam ad chelim
Et syluæ: & fluuii: & marmora confluunt.

AD TITVM STROZAM.

Primas ad cererem fruges fert rusticus: & cur
Non ferat, inuentum fœmina sunt cereris.
Sic ego musarum libamina prima mearum
Do tibi Thespiadum gloria prima Tite.
Fecisti dices alias quamplurima: sed quæ
Feci ante hac, pendo carmina pro nihilo.
Promittit renouata nouas Ferraria uires:
Sentioq; afflari me meliore deo,
Mox canere incipiam diuina poemata tradam
Hinc decimam alcidæ, primitiasq; patri.

AD ROBERTVM LANTONVM.

Autumnus grauidas iam iam calcauerat uuas:
Panpinea uinctus mobile fronde caput,

Cum trepidant uulgo satyri, tyrsoscq; capessunt
Mænades: atq; auide pinguia musta bibunt.
Stamina duxerunt fatales alba sorores:
Matreq; riserunt te pariente tua.
Accedunt propius parcæ: uidere rubentem
Lantone te in cunis, qui modo natus eras.
Quo mox candidius nec eburnec lilia: quo nõ
Marmora uisuntur candidiora pari.
Viue diu fœlix puer O pulcherrime dixit
Vna trium: nutu dicta probant reliquæ.

AD LODOVICVM TESSIRAM.

Europen Tessyra tuam natura tuetur:
Miratur faciem: lumina: colla: manus.
Quoq; modo possit similes effingere uultus:
Illa parens rerum dum meditatur, hebet.
Ipsa quoq; attonita est falsi matrona tonãtis:
Europen ueram, cornua uera putat.
Obliquatq; oculos ueteris nõ immemor iræ:
Mox abiit tanti uulneris impatiens.
Altera postponi queritur, dolet altera uincit
Numina bina tuum sollicitauit opus.
Numina, quis maius nihil ẽ: unde omnia nobis:
O decus, o nostri gloria sola tagi.

AD ANT. GAL. BENTIVOLVM.

Quid facis Antoni? quid dulcia rura frequẽtas?
Quid totiens genio quæso uacare lubet?

Omnia cum certis uideas nutare periclis:
Cum uideas latium tristia bella pati.
Tempora magnanimus quærebat talia cæsar:
Audaces belli quæq; procella rapit.
Bentiuolæ stirpis proles languere ueterno
Inclyta non didicit scandere semper auet.
Sanguine non gaudet dices, fortasse sacerdos:
Quo scelus est sacras commaculare manus.
Iras consilio poteris compescere regum:
Pontificem poterunt dicta iuuare tua.
Sic quæcunq; latet fiet notissima uirtus:
Doctaq; purpureus tempora cinget honos.
Interea uolucres posita dum decipis esca
Rusticus: atq; auide pinguia musta bibis:
Haud te pœniteat cornu uocitare locorum
Hermicon agrestum, qui modo cultor erat.

AD LYGDAMVM.

Nil sine consensu fieri, nutuq; deorum
Credis: sentimus Lygdame nos aliter.
Quod si deliquit mater: non debuit ætas
Tutari pueros, ipsaq; simplicitas?
Integrum cuicunq; licet sit credere, non me
Subdiderit prorsus uana superstitio.
Insanit scio iam dices meus Hermicus, haud me
Fallis: sed sapio plus satis ipse mihi.

AD HERCVLEM STROZAM. 54

Salue Stroza decus pieridum, gloria apollinis,
Quo nil splẽdidius, nil melio posteritas colet.
Salue Stroziadũ progenies inclyta: nobilis,
Patris fama Titi, uateq; non inferior patre.
Vellẽ multa tibi scribere: sed cũ breuitas neget
Hoc mi tẽporis, & cũ uocitet lãguidulũ quies:
Depono calamũ: & cũ calão uersiculos rudes,
Hoc pluſq; ſatis ẽ, uiue, Vale, ſiſq; mei memor.

AD PATRONVM. 55

Diis ueni auſpicibus ſoſpes gratare, clienti
(Sic tibi dii faueant) chare patrone tuo.
Hei mihi quam multos uideor uixiſſe p annos
Te ſine, ſi dici te ſine uita poteſt.
Quã natuis Zephyrus phœbi naſcẽtis ad ortũ
Et quam grata fluit piſcibus unda ſuis.
Tã mihi dulcis amor, quo me cõplecteris, & quo
(Dum modo tu uiuas) ſit mihi ſuaue mori.
Nil Veneti placuere patres, mil littera nummos
Quæ tulit, e patrio littera miſſa lare.
Omnia nempe meo ſordent abſente patrono:
Sint licet aſſyrius quas habet orbis opes.

AD ZACHARIAM CONTARENVM EQVITEM. 56

Deſcribunt urbes alii, fluuioſq; locoſq;
Et monſtrant facili ſingula quæq; nota.

Marcus at ille ſitum ueneræ ſic tradidit urbis:
Cuncta rate ut uidear, uel peragrare pede.
Non urbem melius ueſtram pinxiſſet apelles:
Adde quod ignorant hæc monumenta mori.
En ipſas mitto tibi contarene tabellas:
Vt uideas, qui te progenuere lares.
Quod ſi forte cupis quæ mitto remittere, fac ne
Scribam permittas, illa uidere tuum.

AD ANTONIVM THEBALDEVM. 57

Eſt animo fixum Antoni, mouumq; parumper
Deſerere aonie fila canora lyræ.
Non tamen iccirco credas me linquere prorſus,
Pegaſidum noſtras numina delitias:
Si faciles fuerunt muſæ: nunc ſpero futurum:
Vt mihi ſuccurant liberiore pede.
Nanq; procelloſo iactatus gurgite legum:
Confugere ad littus cogar hamadryadum.
Illic & curas cantu ſolabor amico:
Et repetam imparibus carmina uecta modis.
Omnia tũc melius diſcam: interiuſq; recõdam:
Et quæ concipiam, protulero uberius.
Ceu tellus ualidis iampridem intacta iuuencis:
Fert lætas ſegetes fertiliore ſinu.
Et collata iocis rabioſa ſilentia noſtris:
Et lachrymæ, & rauci iurgia ſæua foris:

Monstrabunt quantũ distent his gaudia uatum
Gaudia / diuitiis anteferenda mydæ.
Pro uidua lachrymis quæ sparsa tumẽtibus ora
Plorat adhuc rapti funera mœsta uiri:
Pupillumq; trahit flentem puerliter / ad quem
Ipsa / sile / nullas tutor habebit opes:
Proq; notariolis duro repetentibus ore
Nomina centenis illita codicibus:
Et pro causidicis nugas uendentibus his / qui
Implicuisse dolos gaudia summa putãt.
Iam ueniẽt blandæ charites / uenus alma / cupido
Ipse / & thespiades numina nostra deæ.
Laura nouem ueniet comitata sororibus ipsas
Aequiperans forma / carminibusq; deas.
Laura pudicitia insignis / pulcherrima laurat
Alcidæ nostri iam celebrata modis:
Iã celebrata meis / si quid mihi nominis usq; est:
Iam celebrata tuis: iam celebrata suis.
Accedet bacchus / simul & formosus apollo:
Ille comas daphne uinctus / at ille hedera.
O ego sorte mea contentus uiuere possim:
O pereat crassus quidquid habebat opum.
O pereat fuluis quidquid pactolus harenis
Ingerit: & quidquid fert tagus amne suo.
Ha ualeant fasces / fastosaq; purpura regum:

Et uincant magnos otia nostra duces.
Non ego ptulerim auratis laquearibus ædes
Ingenio tenui / carminibusq; meis.
Nãq; mihi æternum nomen promisit apollo:
I nunc attalicas improbe confer opes.
Attamen & sanctas conabor discere leges:
Hac etiam potero quærere ad astra uiam.
Non placet id cerne / ut cupiam uexare clientes:
Patroni aut iubeam terga superba sequi.
Nec sontes punire animus: sunt mitia nobis
Pectora / damnandis non adhibenda reis.
Quorum si sordes: si squallida menta uidebo:
Sit pro carminibus dicam / ea pœna satis.
Sed iussu regis cui non parere nefas est:
Romani cogor discere iura fori.
Scilicet ut rectum dignoscã / ut tuer honestum:
Iusticiæ & moderer tempora pacis ope.
Maxima cõmoditas illa est / facundia sacras
Augebit leges quantulacunq; mea est.
Palladis hoc dominus celsa prospexit ab arce:
Aurea cui seruit diuitis unda tagi.
Cum mauris qui bella gerit / qui terret atlantas:
Qui totum domuit classibus oceanum.
Cuius gangicolas nomen penetrauit ad indos:
Quem metuunt arabes / æthiopesq; colunt.

Respexit nostras inter tot sceptra camenas:
O placidum docti principis ingenium.
Quo nemo melius uenturi conscia nouit
Sideraq; & motus, astriferosq; polos.
Quid? qd ad hæc studia spellit me Nonius illet
De quo sum solitus multa referre tibi?
Ille domus nostræ columen: quo sospite lætis
Viuimus: & nostræ est aura secunda rati.
Proximus est nobis consanguinitate meusq;
Huius gaudebat matre sorore pater.
Sæpe reluctatus scripsi me ducere uellet
Ad rabiem uates ad strepitumq; fori.
Saperelucatum primum parere coegit:
Nunc non inuitum sub iuga mittit equum.
Et qui uix stimulis multis multusq; mouebar
Verberibus scelerem prata uorare putes.

EPITHAPHIVM.

Ossa sub hoc tumulo morbo collapsa reliquit
Annibal: heu iuuenis quam cito raptus obit.
Succubuit uirtus alacri spectata gradiuo:
Cãbia nequicquã est oblita gens lachrymis.
Mors ridet fletus, plauditq; superba triumphis
Ipsa suis: homines non facit illa pili.

AD ZACHARIAM CONTARENVM EQVITEM.

Nuper ut ingenti saltantia uidimus aulæ
Cum personatis sidera bina uiris:
Contarene procul sacro de pectore curas
Reiicere mens fuerat dicere: & obtecui.
Exhilarare satis te milia posse putaui
Pocula dardania pocula fusa manu.
Nil tinubare mero uisus: carchesia certe
Diluis aonia bacchica cautus aqua.
Sobria mens uigilat semper: semperq; uolutat
Quæ cuncti halato digna leone putent.
Eia age da requiem fesso: post otia maior
Intermissa parum miles in arma furit.

AD RENALDVM SYLVESTRVM RHODIGINVM.

Sylueſter breuibus damus lituris
Nostros uersiculos tibi legendos:
Quos nobis pede si cito remittes:
Te uisent alii gradu citato:
Ad syluam properant nimis libenter:
In syluis habitant nouem sorores:
Gaudet molliculis diana syluis:
Te dulces recreant apollo syluæ:
In syluis melius canunt poetæ:
Syluæ deniq; si placent uirentes:
Cultis uersiculis parentibusq;

Præsta uersiculis parentibusq;
Siluester rogo, quem potes fauorem.

DE CAESARE MAVRO.

Quis docet hic? cæsar: cæsar doctissimus ille,
Quo uiuo uiuit sermo latinus? is est.

DE LODOVICO MARIA SFORTIA.

Fallaces hominum curæ, fallacia regum
Consilia, O stolidos pectora cæca duces.
Quid iuuat humano galeas fœdare cruore?
Aliaq; sublimi sceptra tenere manu?
Insubrũ priceps (pudet heu meminisse) ligatus
Prædaq; fit senonum captus opima ducis.
Qui mare, qui terras, superosq; ciebat in armis,
Captiuo gallis supplicat ecce genu.
Torpescunt hydræ, nullus iam sibilat anguis:
Iam nullas præfert lingua trisulca minas.
Maure iaces, nec eni congestum profuit aurum:
Quin uideas uinctas post tua terga manus.

AD BENEDICTVM CAPVANVM.

Quisquis is est, credit mihi sibi magna: pusilla
Te misisse putas: arbiter ille malus.
Tu peior, quid enim suito dare munera pergis?
Si dare uis grato, da Benedicte mihi.

EPLANNIBALIS CAMBII.

Annibal hic tegit: quisnã annibal? anne latinos

Qui pene extremo contudit exitio?
Est alius, uirtute idem, ni fata negassent
Natalesq; pares, imperiumq; & opes.

AD ANTONIVM THEBALDEVM.

Lauram phœbus amat, sed ipsa phœbum
Aspernatur, amatq; qui fit istud?
Vt daphne fugit, ut soror prope hæret,
Rem miram satis œdipoq; dignam,
Antoni, odit, amatq; laura phœbum.

AD POSTHVMVM.

Si colo te semper solum, præq; omnibus unum:
Cur non respondes ipse in amore mihi?
Est indigna tuo si nostra thalia fauore
Posthume, non est cur me quoq; despicias.
Vtere consilio nostro, uel dic age aperte,
Hermice non amo te, me uel amatus ama.

AD ZACHARIAM CONTARENVM EQVITEM.

Incerto de fonte fluit uulgatus ubiq;
Error: sed credi qualia multa solent.
Relligione uiros cœlo superisq; dicatos
Non bene castaliæ fila mouere lyræ.
Mentiri hãc sectam bone Contarene doceremur
Ni rerer melius cognita cuncta tibi.
Sæcula ne penitus ueterum repetamus auorum:

Quæ loquimur faciunt tẽpora nostra fidem.
Phœbeo uersus recinit Vincentius ore:
Et iungit tersis uerba canora modis.
Præterea & numeris loquitur pedibusq; solutus:
Certare ut magno cum cicerone potes.
Quã bene pro sanctis pugnat uirtutibus, & q̃
Acriter in mores fulminat ille malos.
Huic faueas opus est: huic complectaris oportet:
Hic tibi cœlicolas conciliare potest.
Iusta petet: nec enim poterit non poscere iusta:
A iustis cuiuis poscere iusta licet.

AD VINC. THEOL.

Pro re pauca loqui Vincenti præstitit ipse
(Facta uia est) multo tutior ibis, abi.

AD PRINCIPES CHRISTIANOS.

Dormitis ne duces, rhodaniq; istriq; tagiq;
Et qui uictricem flectitis italiam?
Quod reliquũ est, capiũt uastãtes omnia turcæ:
Prostrato ueneto cuncta leone ruent.

AD HERCVLEM DVCEM.

Italiæ nutant urbes, furor undiq; sæuus
Ingruit: & tremulas quassat in astra faces.
Hinc pietas neglecta, fides hinc pulsa querũtur:
Quod detur toto nullus in orbe locus.
Ad te confugiunt diuæ, tua numina poscunt:

Quo sperant iterum perdere monstra duce.
Excipis alcide profugas, melioraq; templa
Interea, & cultus, donaq; restituis.
Quo fit, ut ærumnæ ãphitryoniadæ herculis oẽs
Præ candore tui nominis intereant.

AD IANVM BLANFELDVM GERMANVM.

Venisti aonios hausturus Iane liquores
E patria, in patriam cultior ut redeas.
Non contentus enim præclaro stemate, tentas
Maiorum meritis addere & ipse tua.
Eloquio suaui misces ciuilia iura:
Hortensi ut fias æmulus: & Masuri.
Macte aio iuuenis, ducibus quẽ mascula uirtus,
Et superis ipsis conciliare potest.

DE FORMICA.

Per cornu formica bouis dum forte uagatur,
Quidnam ageret, quidã quæritaramus ait.

AD APOLLINEM.

Inclyta Latonæ proles: quo præside fatum
Venturum clarii discutiunt tripodes.
Aspice quanta tibi castello sospite laus sit:
Et quantum medica sit tibi ab arte decus.
Diceris alcidæ fratris tutatus alumnum:
Non nihil est magnis posse placere deis.
Aedinum musis, mecœnatemq; poetis:

Præsidiumq; mihi hoc munere restituis.
Debebunt olim multi tibi: quos manus horco
Castelli medici sanctior eripiet.
His tibi pro meritis mentēq; animūq; dicamus:
Quam feriam, melior uictima nulla mihi.

DISTICHON. 74

Alcides uicit, nostri periere labores:
Numina terreni sic uoluere dei.

AD AENEAM EQVITEM. 75

Quæ sit forma tibi, placidi quæ gratia uultus
Aenea, quouis iudice nosse potes.
Auroræ cephalus, ueneri censeris adonis:
Endymion lunæ: triptolemus cereri.
Medeæ æsonides: helenæ priameius heros:
Hippolytus phædræ: phyllidi demophoon.
Narcisso sub aqua narcissus: phœbo hiacynthus:
Crederis esse ioui phryx puer: herculi hylas.
Gonzagæ quid? amor, cū te sine casside cernit:
Et mauors, cum te pallas in arma uocat.

AD REMVNDVM TODESCVM CATINENSEM. 76

Quid Romæ faciam Remunde? quid me
Obtundis totiens? petenda roma est,
Illic grammaticiq; rhetoresq;
Illic melliflui canunt poetæ,
Datur non alibi loqui latine,

Sunt hæ: sunt siculæ, meræq; gemæ.
Romæ grammaticiq; rhetoresq;
Atq; ipsi pereunt fame poetæ,
Romæ ridiculum est loqui latine.
Vis oscæna pati, atq; perpetrare?
Est quam prostituas soror tibi ulla?
Sunt pleni loculi? petenda roma est.

AD NICOLAVM BENDEDEVM. 77

Non fient inopes musæ mihi, nāq; pauq; hoc est.
Mendicæ fient: pallidulæq; fame.
Herculis haud uitiū est, uitiū sed temporis huius
Bendedee, hoc pretium carmina ferre solent.
Mutatur fatis tempus, mutabitur ipse
Alcides, & sic semper egenus ero.

DE VERONA. 78

Veronam doctæ genitricem diligo Laurae:
Chara mihi patrio non minus illa solo.

AD SARAPHINVM IACOBELLVM. 79

Egregio genitore satus Seraphine teneris
Nil nisi te dignum concipere, & facere.
Naturæ merito debes persoluere grates
Ingentes: facilem quæ tibi se exhibuit.
Hoc facies, iustum quotiens imitabere patrem
Relligione, fide, moribus, eloquio.
Ora eadem tibi sunt, eadem sint cæteraq; nam sic

Vndiq; diceris iure referre patrem.

DE THEBALDO.

Gaudete O numeri/O mei libelli:
Meos uersiculos/measq; nugas:
Alcidæ domino/deoq; nostro/
Enarrat/relegit/probatq;/& auget
Contendens mea comparare priscis
Musarum decus atq; honor Thebaldus.
Quod uix crediderim mihi trecentos
Annos gloriolæ leuis daturos:
Totum mi dedit hoc Thebaldus/ille/
Ille inquam dedit hoc mihi thebaldus/
Cuius consilio bono & salubri
Hercules larias tuetur oras.
Et uiri taciturnitate fretus/
Et sincero animo: & fide probata/
Qua nil purius est nitentiusue:
Gaudete O numeri/O mei libelli.

AD NICOLAVM BENDEDEVM.

Sic tibi Bendedee omnipotens pia uota secũdet
Iuppiter: alciden sic tibi concilies.
Respice iactatas turbato gurgite musas:
Quam potes heu miseris casibus affer opem.
An sacri esurient unquam te antistite uates?
Dicetur ne tuo pulsa thalia lare?

Nec fidibus tu surdus eris: nec carmina nostra
Non poterunt animum demeruisse tuum.
Saxa chelys traxit: pressit delphinas arion:
Creditur & manes sollicitasse lyra.
Non ego threicius citharæ: nec lesbius autor:
Vix male compactis marsia harundinibus.
Vt te cõmoueam: haud opus est conamine tãto:
Qui mutis etiam posse fauere cupis.

AD FABIANVM CAVIANVM.

Stroza titus fabiane suum producere nomen
Posse putat: quamuis corripiant alii.
Huic ego gratificor nonnunq;: diximus hoc ne
Ire putes: claudo carmina nostra pede.

IN MEMMIVM.

Nil præter pueros laudas: & si qua puella est
Pulchrior: hanc nemini posse placere negas.
Ha fatue: ha demens: speras ne poeta uideri
In pulchro gaudes quod Ganymede magis?
Subdas usq; licet pueros: iuuenesq; senesq;
Atq; inclinandum te quoq; prostituas:
Draucus eris turpis: pædico: olidusq; cynædus:
Pellerisq; procul flumine uirgineo.
At uersus faciam dices: cunctos ne poetas
Insane esse putas carmina qui faciunt?

AD BENEDICTVM BARBATIAM.

Aſcribunt quidam heroũ ſibi nomina tcum ſint
Therſitæ uiles cætera & antinoi.
Nan atlas quoq; nom hẽt barbatia quorſũ hæc?
Dicant hæc curii fabriciiq; tibi.
Dicat & alcides minitatus fortiter uni
Vndiq; ſtipatus mille ſatellitibus.

DE HERCVLE DVCE.

Vincitur alcides noſter uincitq; : quid hoc eſt?
Credideram inuictos protinus eſſe deos.
Hoſtiles uincit acies interritus ipſe:
Supplice nonnunquam uinciturille prece.

APOTHEOSIS MARVLLI.

Hic magnus colitur Marullus ille
Ille inq̃ pater elegantiarum
Quem mars quẽq; minerua quẽq; amores
Certatim ſimul uſq; & uſq; amabant.
Inuictum totiens bonumq; uatem
Fumantiq; face aridum ſub amnem
Mittunt naiades hunc puellæ adorant
Regem fluminis inuocantq; uotis.
Hunc ipſum indigetem uolunt coloni
Iam dici eſtq; piaculum Marullum
Si quis nominet deus deus iam eſt.
En lucent mediis fauillæ in undis:
En circum uolitant loca hæc amores:

En ſacram celebrat minerua ſedem.
En hoc ſtrymona damnat amne mauors.
Hunc pro apolline iam poetæ honorant
Gradiuumq; ſuum uocant cohortes
Hunc & caſta timet deum Nexra
Gerentem pharetramq; & arma amoris.
Ferte munera amans poeta miles.
Sed quæ munera amans poeta miles?
Ferte carmina lachrymaſq; & arma.
His pro muneribus dabit puellas
Amanti faciles dabit poetis
Sacræ militibuſq; ſerta laurus.

AD BLONDVM.

Blonde uenis quid enim ceſſas te carmina mille
Blonde uocant cedro carmina digna lini.
Taſſino gratus uenies petroq; : mihiq;
Cui ſis uenturus gratior : ambiguum eſt.
Te pariter colimus tibi pectora noſtra dicamus
Certatim cupimus poſſe placere tibi.
Si de te plures uerſus petrus facit illud
Ingenii eſt noſtro fertilioris opus.
Ad cœnam propera uenias ſed delphica tecum
Delphica quam daphne plus amat arcitenẽs.
Cum laura charites uenient : diuæq; ſorores
Hos ſecum comites ducere laura ſolet.

Nec phyllis deerit præstanti corpore nymphas
Carmine quam petrus tollit ad astra suo.
Quid quod nõ aberit forma pulcherrima iberas
Quæ longe idalia pulchrior est ueneres
Delitias inter tantas non iuppiter ipse
Protraheret spreto uel Ganymede moras
Non sineret diana feras non linqueret indos
Bacchus & auratam noster apollo lyram
Eia age fastosi uultum depone patroni
Huc & decepto Blonde cliente ueni.
Quinq; bibam cyathos totidẽ tassinulus docto
Ipse bibes septem tu quoq; petre bibes.
Propinet sua cuiq; uenus procul omnis abesto
Cura procul tristes sollicitiq; metus.
Castra Valentini ducis & uictricia galli
Sceptra & turcarum mœnia capta manu
Insomnis agitent reges dent improba pœnas
Pectora non ullis exaturata bonis.
Otia nos uel parua iuuent ubicũq; moremur
Dum mea sit mecum laura beatus ero.

IN BALBVM.

Infœlix Balbe infœlix O terq; quaterq;
Cui sit uel saxo durius ingenium.
Vt bene quis dicat studioq; & mente laborat
Nitaris peius dicere non poteris.

AD LODOVICVM CAIADVM ARCHIDIACONVM.

Si pietas Si prisca fides coleretur & esset
In pretio uirtus sanctaq; relligio.
Conspicuus meliore loco Lodouice sederes
Fulgeretq; apice frons tua purpureo.
Et te pastorem peteret sibi ouile tonantis
Et nulli errarent per tua rura lupi.
Aurea sed fuluo splenderent sæcla metallo
Aeternumq; scelus exilium lueret.
Sed quoniã sua fata regunt hominesq; deosq;
Et fortuna uices ferq; referq; suas
Viue boni solum decus & noua gloria fratris
Viue diu nostri præsidium generis.
Sit satis & patria locus haud postremus in urbe
Sit satis & meritis deesse tuis aliquid.

DE MARTE ET HEMANVELE REGE.

Viderat in mauros gradiuus bella parari
Atq; opus auxiliis credidit esse suis.
Obtulit arma duci myconesq; getasq; furẽtes
Duxit ad hesperiam qua patet usq; plagam.
Assertumq; iouem iactat fusosq; gygantas
Pollicitus mauros perdere strage pari.
Cui Lusitanus Rex non desunt mihi uires

Et nostra ueniunt fulmina torta manu.
Nomine uel solo sæuũ contundimus hostem:
Absentes etiam castra inimica timent.
Si bello me fata uolent concurrere mauris:
Officio fungar militis atq; ducis.
Eripe seruitio sparten, pulchramq; corynthon:
Quæq; meæ partes linque gradiue mihi.
Est uero tua fama minor mars inquit: abitq;
Fortuna attonitus Principis, atq; animo.

AD IANVM CASTELBRANCHVM LVSITANVM.

Hactenus ingenium coluisti Iane, redibis
Doctrina in patriam cultus, & eloquio.
Audes præterea pulchris te ostendere in armis:
Quid tibi uis dicam? tota minerua tua est.
I decus I patriæ specimen, I sed pede dextro,
Omnibusq; bonis, auspiciisq; bonis.
Tyndaridæ nauem ducant, ut sydere certo
Peruenias sospes littus ad oceani.
Rex ubi sublimi populos ex arce gubernat:
Quem dominum solis utraq; meta colit.
Is tibi munifica persoluet præmia dextra:
Namq; potest crœso diuitiorq; myda.

AD CATALDVM PARISIVM SICVLVM.

Otia si qua tibi fuerint, si quando uacabit,
Versiculos nostros docte Catalde leges.
Versiculos, e fonte tuo quos hausimus: & quos
Dictare haud dubie uisus es ipse mihi.
Formasti ingenium primus, primusq; per altos
Duxisti lucos, antraq; pieridum.
A te principium musæ, tibi nostra Thalia
Supplicat: & se uult te genitore satam.
Mirari noli, si degeneramus usq;
Nam liquido interdũ manat ab amne lutum.

AD IANVM ROMEVM BARBATIAM.

Egregio patri dederis q; Iane nepotem:
Gratulor, Andreas uiuit in orbe duplex.
Scilicet Andreas tuus, & qui nomine noto
Impleuit terras, cælicolumq; domos.
Digna nepos conetur auo, Barbaria ut alter
Viuat apud manes, alter apud superos.

AD NICOLAVM PANIZATVM.

Panizate tuos uersus candore perenni
Conspicuos legi terq; quaterq; lubens.
Nil nisi decoctũ & sacris de fontibus haustũ est:
Nil nisi quod malit cynthius esse suum.
Ingeniumq; ferax laudo uenamq; fluentem:
Diuiteq; inclusis pectore miror opes.

En diuersa placet (fateor) sententia nobis:
Sed quid si semper purior unda fluat?
Quis tristes unq̃ nebulas, diramq; mephytim,
Præferat eurotæ, uirgineoq; lacu?
Quid tibi cum duris cornis, cum carpere possis
Hinc atq; hinc facili mitia poma manu?
Trade lutum suibus, ranisq; loquacibus uluas:
Mi placeant fontes, purpureæq; rosæ.
Esse nihil dices ex omni parte beatum:
Hoc est, hoc illud, quod miseros cruciat.

AD IANVM LVCAM. 95

Miraris forsan q; sim uigilantior æquo:
Sollicitem & mirs teq; tuosq; modis.
Non ego Iane tibi diffido: sed urgeor usq;
Cum uideam cura te grauiore premi.
Alcides siquidem te uno comitante labores
Sustinet: auxilio fulnus & ipse tuo est.
Pondere Atlanta suo posita ceruice leuauit
Amphitryoniades, non renuente Ioue.
Herculis interdum uice fungeris: ille sopore
Irriguus placido te uigilante iacet.
O iuuet, O libeat fidi meminisse clientis:
Cui tu dum fueris uita, patronus eris.

AD ANT. GAL. BENTIVOLVM. 96

Maiorum uenerandus adest, de nomine dictus

Mensis, & illa dies pulsat amica fores,
Qua mihi concessum plebis laudare tribunos:
Claraq; Bentiuoli dicere gesta ducis.
Eia age (siqs amor) Galeax p̃ aperta quadrigas
Ad metam nostras quæso uenire sinas.
Frena ferox iam mandit equus uolitare paratus:
Est quadrupes nuncupanda classica, uentus erit.

AD MARTINVM FIGVERETVM. 97

Thecam me uocitas apollinarem,
O dictum lepidum, facetulumq;.
Quod si uerum adeo esset, ut uenustum est,
Te Martine ut apollinem ipsum amarem.

DE LAVRA. 98

Pythonis diri genitus de sanguine serpens
Lauretum sæuis morsibus enecuit.
Scilicet esse nemus phœbi non inscius, a quo
Extinctus memori clade iaceret auus.
En arbusta comas ponunt infecta uirentes:
Nullus & in toto robore succus inest.
Aduentu lauræ subito reuirescere sylua
Incipit: hoc lauræ munus apollo dedit.

IN GARGILIANVM. 99

Cur tibi naturam iactas utrumq; dedisse:
Quæ neutrum dederit Gargiliane stilum?
Cum neutrum possis, utrumq; uideris adeptus:
Difficile, & facile scribere nullius est.

LIBER LOQVITVR. 100

Esse breuis uideor: primum coniunge secundo:
Quid iuuat esse unum? quid iuuat ee duos?
Nec crescunt nec decrescunt sic man totidē sunt
Siue unum malis carmina siue duos.

AD LVCAM RIPAM. 101

Siquis naufragium neptunni fecit in undis,
Aequoreis soluat debita uota deis.
Hic uero Eridani iactatus uortice multo
Ad Ripam timido uix natat ecce pede.
Ripa tuo gremio laceram complectere puppim:
Acceptum hoc referet picta tabella tibi.

DE EFFIGIE HIERONYMI CASSII. 102

Cassius hac duplex uiuit sub imagine: & ipse ē:
Da uocem pictor: cetera uultus habet.

AD HERCVLEM DVCEM. 103

Nescio quo fato Alcide clarissime donas
Huic: illi: queritur ille: uel ille tamen.
Digna tuis aliquādo manent te præmia factis:
Hæc possunt superi reddere: non homines.

AD GOMETIVM LVSITANVM THEOLOGVM. 104

Cōmuni grator patriæ: quæ te quoq; alumnum
Inter delitias gaudet habere suas.
Gramina dum terræ fuerint: dum sydera cœlo:
Per te tollet noster ad astra Tagus.

Tu rerū causas nosti: Tu mystica sacra:
Quæq; sub oscura nube latere solent.
Occuluit natura nihil tibi: Tu potes ipsos
Sublimi haud dubie scandere mente polos.
Quid sanctos referā mores? uitāq; probatam?
Quid linguæ referam plectra latina tuæ?
Nil mortale sapis diuinus cuncta Gometi:
Et citra cineres diceris esse deus.

AD BARTHOLOMEVM BLANCHINVM. 105

Aluartus est genitor: genitrix est Anna: parētum
Gloria nec decori est: nec mihi dedecori.
Dicere at illa tamen nullis non testibus ausim:
Pro patria gessit fortia bella pater.
Auspicius: ductuq; suo: terraq; mariq;
Inuicta statuit mille trophea manu.
De proauis atauisq; nihil tibi dicere possum:
Non hic mentiri pagina nostra cupit.
Fungier officio grati Blanchine nepotis
Me longo prohibent obsita sæcla situ.
Fœlix cui licet esse pio: memoranda tuorum
Tu potes altiloquo scribere gesta stilo.
Non deest ingeniū: nō deest facundia: sunt res:
Quæ lucem possint accipere: atq; dare.
Hoc munus superat Lunensia saxa: meorum
Præberem has potius manibus inferias.

Perpétuũ nihil estudurat tamen hoc magis illud:
Hoc uix autumnum: at illud olympiadas.

AD HERCVLEM DVCEM. 106

Munera pro meritis cuiusq; daturus abisti:
Censura ut posses liberiore agere.
Ne ue locum precibus sineres: q publica tractat
Affectu uacuũ protinus esse decet.
Hinc sperare mihi uideo Dux magne negatũ:
Scilicet indigno: qui tua sceptra geram.
Sed tu numen habes: te cõsule: tu tibi apollo es:
Contentus discam uiuere sorte mea.
Hæc ego sollicito mecũ dũ corde uolutos
Audio: nescio quem dicere: uictor eris.

DE THEBALDO. 107

O me fœlicem bisterq: quaterq: Thebaldus
Interpres nostri carminis esse solet.
Mille meũ q̃uisduret per sæcula nomen:
Grandius hoc poterit nil dare posteritas.
Quanta mihi ætherias carpenti contigit auras:
Post tumulũ nulli gloria tanta fuit.
Pro meritis erycina uiro det pulchra iuuentã
Perpetuam: ut perstet q bene cœpit amor.
Hoc super a magno Alcide sic semper ametur:
Inuidia ut possit torua nocere nihil.

EPITAPHIVM SERAPHINI. 108

Sparge rosas: qcũq; uenis: Seraphin⁹ in urna ẽt

Ille inq̃ de quo qui magis: ille minus.
Vnde son⁹ tumulo: recinũt hic carmina manes:
Saxaq; cum syluis huc properare solent.
Quid tellus læta est: qd rdent hæc loca: nempe
Cum matre ipsa: hic est ipse sepultus amor.
Anne obeunt superi: cineresq; & fabula fiunt:
Et tenues umbræ non secus ac homines:
Non: sed relliquias seruant cultoris humani:
Sentio quæ loqueris: saucius hinc abeo.

AD PAVLINVM. 109

Nil Pauline mori timeo: sum pauper: obibo
Quamprimum: sed quo tempore diues ero.
Tithoni uiues inquis: uel Nestoris annos:
Esto ita: fis locuples: dum moriare hodie.

EPITAPHIVM CODRI VRCEI. 110

Siste uiator: & hæc carmina pauca lege.
Conditus hic Codrus notus ubiq; iacet:
Illius aonides conticuere obitu:
Mutaq; iamdudum lingua latina silet:
Argoliciq; sales in patriam redeunt.
Heu nusq̃ est doctas cernere pierides:
Interiere heu heu dulcia uerba Remi:
Non audire iocos ulterius dabitur.
O sortem duram: O aspera fata hominum:
Nascimur heu uix: & iam morimur miseri.

Purpureis ſacrum ſparge roſis tumulum:
Q uid iuuat has lachrimas fundeſ ſuiuit abi.

DE GARGILIANO.

Aſpicit obliquo me lumine Gargilianus:
Inuidia eſt rorum quæ facit eſſe mihi.

AD IANVM CABALLETVM BONONIENSEM.

Sculptura phydias fidibus celebratur Arion:
Pictura Zeuſis: carmine Meonides.
Sculptura fidibus pictura carmine polles:
Q ua ualeas dubium eſt arte Caballe magis.
Q uod uix tam multis uni tibi contigit unus
Naturam & te ipſum protinus exuperas.

AD BENEDICTVM HECTOREVM BONONIENSEM BIBLIOPOLAM.

Q ui uult ad ſeros ſua ſcripta uenire nepotes:
Venales libros det Benedicte tibi.
Tu facis ut doctis niteant dictata figuris:
Tam bene componit ſedula dextra notas.
Eſt tibi Mercurius facilis facilifq; Minerua:
Eſt par ingenium diuitiæq; pares.
Nil ſcombros nil thura timent ſecuraq; nec unq;
Rugoſum metuent carmina noſtra piper.

AD BARTHOLOMEVM BLANCHINVM.

Non bene uinoſi ſcribunt Blanchine poetæ:

Abſtemii melius cur ita cauſa ſubeſt.
Dolia nõ celebrãt muſæ ſed ſtagna ſed undas
Et natat in uitreo gurgite Calliope.

AD PHILIPPVM BEROALDVM IVNIOREM.

Aedere me fatuos populo Beroalde libellos
Vult in conſultus poſteritatis amor.
Scilicet omnibus hic amor eſt ea ſola uoluptas:
Tanti adeo cineres & titulos facimus.
Sed mihi quã famã pariẽt mala carmina ſ malo
Q uam nihil eſſe eſſe mæuius aut Bauius.

IMPRESSIT Bononiæ Benedictus Hectoreus Bononienſis. VII.KI.Martii. M.D.I.

Philippus Beroaldus Iunior ad Bartholomeum Blanchinum Condiſcipulum Optimum.

Blanchine O ueterum uirorum imago
Dicam quæ mihi opinio roganti
De Caiadi Epigrammaton libellis.
Et Phœbus pater & nouem ſorores
Pallas ſobria & ebrius Lyæus
Debent huic homini ſatis ſuperq;.
Cum ſit tam pius omnium ſacerdos
Et Phœbi furor & poeta uerus.